

[Prologus Libri II]

[fol. 42r° a] **INCIPIT PROLOGUS LIBRI** ¹ *

SECUNDI DE ECCLESIA ET SINA[goga]

[fol. 42r° b] **ET QUIS IN QUA HABITA**[tor]

PLENISSIME LECTOR AGNOSCIT

Ecclēsia ² grecum est, quod in latino uertitur conuocatio. Propter quod omnes ad se uocet ³. Catholica id est uniuersalis ; AITU TO EA TAON, id est secundum totum. Non enim sicut conuenticula hereticorum aliquibus regionum partibus coartatur, sed per totum ⁴ terrarum orbem dilatata diffunditur. Quod etiam Apostolus adprobat ad Romanos dicens : Gratias ago Deo meo pro omnibus uobis, quia fides uestra adnuntiatur in uniuerso mundo. Hinc et uniuersitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Vnde Dominus in euangelio ait : Qui mecum non colligit, spargit. Cur autem Aecclesia cum una sit, a Iohanne septem scribuntur, nisi ut una catholica septiformi plena spiritu designetur ⁵ ? Sicut et de Domino nouimus dixisse Salomonem : Sapientia aedificauit sibi domum, scidit columnas septem. Quę tamen septem una esse non dubitatur, dicente apostolo : Eccclesia Dei uiui, quę est columna, et firmamentum ueritatis. Inquoauit ⁶ autem Aecclesia a loco, ubi uenit de celo Spiritus Sanctus et impleuit uno loco sedentes. Pro peregrinatione autem presentis saeculi, Eccclesia non dicitur ⁷, eo quod ab huius peregrinationis longitudine posita, promissionem regni celestis ⁸ speculetur. Et idcirco [42v° a] Sion, id est speculatio, nomen accepit. Pro futura uero patrię pace, Iherusalem uocatur. Nam et Iherusalem pacis uisio interpretatur. Ibi enim absorta, id est deuorata, omni aduersitate pacem quę est Christus praesenti possidebit obtutum ⁹. Continet autem Aecclesia hos ¹⁰, Christum, angelos, patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, clericos, monachos, fideles, et religiosos. Et Eccclesia celum nominatur, in qua ¹¹ sol, luna

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. e partiellement effacé entre lib et ri.

2. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

3. uocat corr. en uocet.

4. toto corr. en totum par um suscrit sans suppression de o.

5. di initial corr. en de.

6. h gratté après inquo ; abit final corr. en auit.

7. dicuntur corr. en dicitur par grattage.

8. Correction par grattage et surcharge peut-être de rerum celestium, d'après Sanders.

9. Le tilde est à peine visible.

10. h ajouté en interligne d'une autre main.

11. quo corr. en qua.

et stellas, quod supra diximus, uirtutum suarum luminibus radiant. Nam Christus est a crismate appellatus, hoc est unctus. Preceptum enim fuerat Iudeis, ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi¹² possent¹³ hii qui uocabantur ad sacerdotium uel ad regnum. Et sicut nunc regibus indumentum purpure insignē est regie dignitatis, sic illis unctio sacri¹⁴ unguenti, nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde Christi dicti a crismate, quod est unctio. Nam crisma grece, latine unctio nominatur. Que etiam Domino nomen accommodauit¹⁵ facta spiritualis. Quia Sancto Spiritu unctus est a Deo Patre, ut ait in Apostolorum Actibus. Collecti sunt enim in ciuitate, aduersus sanctum Filium tuum, quem unxisti. Non utique oleo uisibili, sed gratie dono. Quo inuisibili¹⁶, significatur unguento. Non est ergo Saluatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomen est. Dum Ihesus Christus, uocabulum Saluatoris. Christi autem nomen numquam alibi omnino in aliqua gente fuit, nisi [fol. 42v° b] tantum in illo regno, ubi Christus prophetabatur, et unde uenturus erat. Nam ipse Dei Patris unigenitus Filius, dum esset aequalis Patri, propter salutem nostram formam serui accepit, ut terrenis uiam salutis ad celum aperiret. Deus est et homo, quia Uerbum et caro. Vnde et bis genitus dicitur, siue quia Pater eum genuit sine matre in eternitate, siue quia mater sine patre in tempore. Unigenitus autem uocatur secundum diuinitatis excellentiam, quia sine fratribus. Primogenitus secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiae fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus. Messyas ebrayce dicitur, grece christus, latine unctus. Ihesus ebraice dicitur, grece Sother¹⁷, latine Saluator interpretatur, quia ipse saluum faciet populum suum. Sicut enim Christus significat regem, ita Ihesus significat Saluatorem. Non itaque nos saluos facit quicumque rex, sed rex Saluator noster. Angeli grece uocantur, ebrayce¹⁸ uocantur maalothe¹⁹, latine uero nuntii interpretantur, ab eo quod Domini uoluntatem populis adnuntiant. Angelorum uocabula, officii nomen est, non naturae, semper enim spiritus sunt. Sed cum mittuntur, angeli uocantur. Quibus ideo pictorum licentia pennas fatiunt, ut celerem eorum in cuncta discursum significant. Sicut et iuxta fabulas poetarum, uenti pennas habere dicuntur, propter uelocitatem, scilicet unde et scriptura sacra dicit. Qui ambulat²⁰ super pennas uentorum. [fol. 43r° a] Nouem autem esse²¹ ordines angelorum, et sacre scripturae testantur. Id est angeli, archangeli, throni, dominationes, uirtutes, principatus, potestates, cherubin²², et seraphin²². Quorum officiorum uocabula, cur ita²³ distincta²⁴ sunt,

12. perungui *corr. en perungi par grattage.*

13. possint *corr. en possent.*

14. sacris *corr. en sacri par grattage.*

15. ad initial *corr. en ac.*

16. in ajoutē en interligne d'une encre plus claire.

17. h ajoutē en interligne.

18. a initial gratté

19. Un a ajoutē en interligne ; un a gratté avant le o.

20. ambulat *corr. en ambulas.*

21. esse ajoutē en interligne d'une encre plus pâle.

22. m final *corr. en n par grattage.*

23. s gratté avant le t.

24. i final *corr. en a.*

interpretando exequemur. Angeli uocantur propter quod de cęlis ad adnuntiandum hominibus mittuntur. Angelus enim greęę, latinae nuntius dicitur. Archangeli greca lingua, summi nuntii interpretantur. Qui enim parua uel minima adnuntiant angeli sunt. Qui uero maiora archangeli nuncupantur. Archangeli dicti, eo quod principatum teneant inter angelos. Arcos enim greęę, latine princeps²⁵ interpretatur²⁶. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordinem unicuique angelorum offitia deputata sunt. Sicut enim in terra sunt duces et principes, tribuni et centuriones, qui hominibus praelati sunt, ita archangeli angelis presunt. Zacharias propheta testatur, dicens : Ecce angelus qui loquebatur in me, regrediebatur²⁷, et alius angelus egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum : Curre loquere ad puerum istum dicens : Absque muro habitabitur Iherusalem. Si enim in ipsis offitiis angelorum nequaquam potestates maiores, minores mitterent, nullo modo hoc quod diceret homini angelus, ab angelo cognouisset. Quidam autem archangelorum priuatis nominibus appellantur, ut per uocabula ipsa in opere²⁸, quid ualeant, designentur. Gabriel ębraice, in lingua nostra uertitur [fol. 43r^o b] fortitudo Dei. Ubi enim potentia²⁹ diuina²⁹ aut fortitudo manifestatur³⁰, Gabriel mittitur. Vnde eo tempore quo³¹ erat Dominus nasciturus et triumphaturus de mundo, Gabriel uenit ad Mariam, ut illum adnuntiaret, qui ad debellandas³² aerias potestates, humilis uenire dignatus est. Michael³³ interpretatur : quis ut Deus. Quando enim aliquid in mundo mire uirtutis fit, hic archangelus mittitur, et ex ipso opere nomen est eius, quia nemo ualet facere quod facere potest Deus. Raphael interpretatur curatio, uel medicina Dei. Vbicumque enim curandi et medendi opus necessarium est, archangelus a Deo mittitur, et inde medicina Dei uocatur. Vnde et ad Thobiam idem archangelus missus, oculis eius curationem adibuit, et cęcitare deteresa, uisum restituit. Nominis enim interpretatione et angeli, offitium designatur. Vriel interpretatur ignis Dei, sicut legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus aetiam ignem missum desuper et implesse quod preceptum est. Throni autem et dominationes et principatus et potestates et uirtutes, quibus uniuersam cęlestem societatem apostolus conplectitur, ordines angelorum et dignitates intelliguntur, et pro hac ipsa distributione offitorum, alii throni, alii dominationes, alii principatus, alii potestates dicuntur pro certis dignitatibus, quibus inuicem distinguntur³⁴. Virtutes angelicas, quedam [fol. 43v^o a] misteria peribentur, per quas³⁵ signa et miracula in mundo fiunt, propter quod et uirtutes dicuntur. Potestates sunt quibus uirtutes aduersę subiecte sunt, et inde potestatum nomine³⁶ nuncupantur, quia maligni spiritus eorum, potestate quo arcentur, ne

25. principes *corr. en princeps par surcharge du i et grattage entre p et s.*

26. n *gratté après ta.*

27. r *initial ajouté en interligne.*

28. a *final corr. en e.*

29. Tilde *gratté sur le a final.*

30. bi *gratté entre ta et tur.*

31. quod *corr. en quo par grattage.*

32. d *initial ajouté en interligne.*

33. h *ajouté en interligne d'une autre main.*

34. Une lettre *grattée après dist.*

35. o *corr. en a par surcharge.*

36. nomen *corr. en nomine par surcharge du i sur le e et ajout du e final.*

tantum modo noceant, quantum cupiunt. Principatus sunt hii qui angelorum agminibus presunt, qui pro eo quod subditos angelos ad explendum misterium diuinum disponunt, principatus uocabulum acceperunt. Nam alii sunt qui administrant, alii qui adsistunt, sicut per Danielelem dicitur: Milia milium ministrabant³⁷ ei, et decies milies centena milia adsistebant ei. Dominationes sunt hii qui aetiam uirtutibus, potestatibus³⁸ et principatibus preminent, qui pro eo quod caeteris angelorum agminibus dominantur, dominationes uocantur. Throni sunt agmina angelorum, qui latino³⁹ eloquio sedes dicuntur. Et uocati throni, quia illis conditor praesidet, et per eos iudicia sua disponit⁴⁰. Cherubin autem, et ipsi sublimes celorum potestates et angelica ministeria peribentur, qui ex ebreo in lingua nostra interpretantur scientiae magnitudo. Sunt enim sublimiora agmina angelorum, quod pro eo quod uicinius positi diuina scientia ceteris amplius pleni sunt. Cherubin⁴¹, plenitudo⁴² scientiae ap-[fol. 43v° b]-pellantur. Ipsa sunt illa duo animalia super propiciatorium archae ficta ex metallo, propter significandam⁴³ angelorum praesentiam, in quorum medio ostenditur Deus. Seraphin⁴¹ quoque similiter multitudo est angelorum, qui ex ebreo in latinum ardentes uel incendentes interpretantur, qui idcirco ardentes uocantur, quia inter eos et Dominum nulli angeli consistunt. Et ideo quanto uicinius coram eo consistunt, tanto magis claritate diuini luminis inflammantur. Unde et ipsi uelant faciem et pedes sedentis in throno Dei, et idcirco ceterae angelorum turbae⁴⁴ uidere Dei essentiam plene non ualent, quoniam cherubin⁴¹ ac seraphin⁴⁵ eam tegunt⁴⁶. Hec igitur uocabula agminum angelorum, ita sunt specialia hordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum throni sedes Dei in quorundam angelorum ordine specialiter designentur, tamen per psalmistam, qui sedes super cherubin⁴¹, dicitur.

Sed ideo isti ordines angelorum priuatis nominibus appellantur, quia hoc ipsu[m]⁴⁷ officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cum sint omnibus communia, proprie tamen haec nomina suis ordinibus deputantur. Vnicuique enim sicut predictum est, propria sunt officia iniuncta, que promeruisse eos in mundi constat exordium. Qui angeli et locis et hominibus praesunt, per prophetam testatur angelus dicens: [fol. 44r° a] Princeps regni Persarum restitit michi.

Vnde apparet nullum esse locum, cui angeli non presint. Presunt enim et auspiciis operum omnium, hic est ordo uel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in caelesti uigore steterunt. Nam postquam apostate angeli ceciderunt, hii perseuerantia aeternae beatitudinis solidati sunt. Vnde et post caeli creationem, in principio reppetitur, fiat firmamentum caelum, nimirum ostendens, quod post

37. ministrabant *corr. en ministrabant par surcharge.*

38. potestatibus *ajouté en interligne d'une encre plus claire.*

39. latine *corr. en latino.*

40. disponet *corr. en disponit par surcharge.*

41. m *final corr. en n par grattage.*

42. id est *gratté avant plenitudo.*

43. um *final corr. en am.*

44. turba *corr. en turbæ.*

45. ac seraphin *ajouté en interligne d'une encre plus claire.*

46. tegent *corr. en tegunt par grattage et ajout de u en interligne.*

47. d *final gratté.*

ruinam angelorum malorum, hii qui remanserunt firmitatem aeternae perseuerantiae consecuti sunt. Nullo iam lapsi auersi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et contemplatione manentes, nichil aliud dulce habent, nisi eum a quo creati sunt. Quod autem duo seraphin⁴⁸ in Eṣaya leguntur, figuraliter ueteris et Noui Testamenti significationem ostendunt. Quod uero fatiem et pedes Domini operiunt, quia preterita ante mundum et futura post mundum scire non possumus, sed media tantum eorum testimonio⁴⁹ contemplantur. Singuli senas alas habent, quia de fabrica tantum mundi quę in sex diebus facta est, in praesenti saeculo nouimus. Quod clamant ter sanctus alter ad alterum, Trinitatis in una diuinitate demonstrant misterium.

PATRIARCARUM NOMINA

Vt⁵⁰ sciamus quid in suo uocabulo resonant, an plerique eorum ex causis [fol. 44r^o b] propriis nomina acceperunt. Patriarchę interpretantur patrum principes, ex quibus Christus secundum carnem originem ducit. Abram primum uocatus est pater uidens populum, propter Israel scilicet tantum. Postea appellatus Abraham addita una littera, quod transfertur pater multarum gentium, quod erat adhuc per fide futurus⁵¹. Gentium autem non habetur in nomen. Sed subauditur iuxta illud. Et erit nomen tuum Abraham⁵², quia patrem⁵³ multarum gentium posui te. Isahac ex risu⁵⁴ nomen accepit. Riserat enim pater quando ei promissus est, admirans in gaudio. Risit et mater, quando per tres illos uiros promissus est, dubitans in gaudio, ex hac ergo causa nomen accepit. Hic ergo Abraham⁵² Deum Patrem significauit, qui est auctor et origo hominum. Isaach Christum significauit. Jacob supplantator interpretatur, siue quod in ortu plantam nascentis fratris adprehenderit, siue quod postea fratrem deceperit arte. Iste prefigurabat Eṣcclesiam, ex quo sunt nati duodecim patriarchę, que est Aecclesia in duodenario numero constituta. Vnde et duodecim tribus Israel dicuntur. Tunc enim hoc nomen Iacob accepit, quando tota nocte luctatus, uicit in certamine angelum, et oriente⁵⁵ lucifero benedictus est. Et inde propter uisionem Dei appellatus est Israel, sicut⁵⁶ ipse ait : Vidi⁵⁷ Deum facie ad fatiem, et salua facta est anima mea. Ruben interpretatur uisionis filius. [fol. 44v^o a]

Simeon interpretatur auditio. Iuda confessio dicitur, quando ei peperit eum Lia, laudem Domini retulit dicens : Modo super hoc confitebor Domino, et ob hoc uocatus est Iuda a confessione ; itaque nomen eius est dictum, quod est gratiarum actio. Haec est regalis successio, mirabilis prosapia, cui ducatus bellorum et Israel traditur regnum, qui nomen gentis ex suo nomine dedit. Prepotens ut leo in regno⁵⁸ et clarus in splendore potentię. Cuius quidem imperii

48. m final corr. en n par grattage.

49. a final corr. en o en interligne.

50. Initiale en couleur en partie rentrante sur trois lignes.

51. um final corr. en us.

52. h ajouté interligne d'une autre main.

53. pater corr. en patrem.

54. Quelques lettres grattées après risu.

55. Trou sur le parchemin après et.

56. et gratté après sicut.

57. te gratté après Vidi.

58. regni corr. en regno.

posteritas non cessauit⁵⁹, quoadusque Christus quasi catulus leonis ex germine eius ascenderet, atque spes gentium ex regali procedens utero choruscaret⁶⁰, et inde dictum est: *Vicit leo de tribu Iuda* [Ap 5,5], unde et Iudæi sortiti sunt nomen, quia Iudas confessio dicitur; unde et nos confessoris nomen possidemus. Sicut et ipocritis dictum est: *qui se dicunt Iudeos esse et non sunt* [Ap 2,9]. Isachar⁶¹ interpretatus est merces⁶²; hoc autem ideo quia mandragoris filii Ruben in⁶³ introitum uiri, qui ad⁶⁴ Rachelem⁶⁵ ducebatur, as⁶⁶ se emerat Lia. Comparauit⁶⁷ mandragoras et conceptus est Ysachar. Vnde et dum natus est, dixit Lia: Dedit Deus mercedem meam. De hac⁶⁸ tribu natus est Iudas Scariothes, qui Deum uendidit, et mercede⁶⁹ pretii comparauit agrum, de mercede iniquitatis suae. Zabulon interpretatur habitaculum; Neptalim de conuersione; Dan, interpretatur iudicium. Bala enim dum eum peperisset dixit Rachel domina eius: Iudicauit⁷⁰ me Dominus [44v^o b] et exaudiuit dicens: Dedit michi filium. Causam⁷¹ nominis expressit, ut ab eo quod iudicasset Dominus filium⁷² ancillæ, iudicii nomen inponeret. De hac⁶⁸ tribu natus erit⁷³ Antichristus, de concubina nati filii⁷⁴ sinagogæ⁷⁵, quæ est nox ignorantiae, qui sunt serui peccati. Leui, sacerdotalis auctor originis cum tribu Uudæ⁷⁶ permistione dicitur⁷⁷ generis iunctus, sed in Israel toto⁷⁸ diuisus carere⁷⁹ propriæ sortis funiculo⁸⁰, et habitans in uniuersis regnis fratrum. De hac⁶⁸ sunt sacerdotes, quibus non est licitum in terra possidere hereditatem, sed in toto Israel populorum⁸¹ contenti esse paupertate. Iudam⁸² et Leui, rex et sacerdos, Christus interpretatur, qui fecit nostrum regnum, sacerdotes Deo et patri suo.

Gad, ab euentu siue procinctu uocatus est.

Aser beatus dicitur. Ioseph saluator mundi interpretatur, eo quod orbem terrae ab imminentis famis excidio, filius dexteræ, quod est uirtutis. Manasses dicitur oblitus.

59. cessabit corr. en cessauit.

60. o ajouté en interligne.

61. h ajouté en interligne.

62. i corr. en e par surcharge.

63. in ajouté dans la marge.

64. quia corr. en qui ad par ajout de d en interligne.

65. i final corr. en em.

66. ad corr. en as.

67. c minuscule corr. en majuscule par surcharge.

68. hoc corr. en hac par surcharge.

69. mer séparé de la fin du mot par un espace dû à un trou; le m final gratté.

70. iudicabit corr. en iudicauit.

71. c corr. en C par surcharge.

72. filio corr. en filium.

73. est corr. en erit.

74. id est corr. en filii.

75. a final corr. en æ.

76. i initial corr. en u; a final corr. en æ.

77. dicitur ajouté en fin de ligne.

78. a final corr. en o.

79. carens corr. en carere.

80. um final corr. en o.

81. Ajout d'une autre main de p initial et de o en interligne.

82. Judas corr. en Judam par grattage du s et tilde.

Ephraim dicitur augmentum. Isti sunt patres prophetarum et apostolorum origo. Hii sunt et patres nostri, de quo Dominus dixit ad Abraham⁸³ : In Isaach uocabitur tibi nomen. Non Ismael qui de ancilla natus est, quod est sinagoga⁸⁴.

¶ **P**rophetæ sunt⁸⁵ dicti, eo quod longe praeuideant. Quos gentiles uates appellant ; hos nostri prophetas uocant, quasi præfatores, quia porro fantur, id est locuntur et de futuro uera predicunt. Qui autem nobis prophetę in Ueteri Testamento uidentes appellabantur, quia uidebant ea quę ceteri non uidebant, quę in misterio abscondita erant. Multi sunt prophetę, sed tamen in libris duodecim conscri-[fol. 45r° a]-buntur, exceptis quattuor, qui maiora uolumina condiderunt. Esayas interpretatur saluator Domini⁸⁶ et merito, saluatorem enim uniuersarum gentium, eiusque sacramenta amplius quam ceteri predicat. Iheremias excelsus Domini, pro eo quod dictum est ei : constitui te super gentes et regna. Ezechiel, fortitudo Dei. Daniel iudicium Dei, quod in presbyteros iudicabit. Ose, saluator aut saluans. Ioel, Dominus Deus siue incipiendus⁸⁷. Amos, populus auulsus, eo quod populus Israel a Domino euulsus erat. Naum, germen siue consolator. Abacuc⁸⁸, amplexans⁸⁹, eo quod amabilis Domini fuit. Nullus enim de prophetis tam audaci uoce ausus est Deum ad disceptationem⁹⁰ iusticiae prouocare, cum in rebus humanis⁹¹ mundi istius tanta rerum uersabatur⁹² iniquitas ; Micheas, quis hic uel quis iste. Soffonias, speculum uel archanum Domini. Abdias, seruus Domini. Sicut enim Moyses famulus Domini, et apostolus, seruus Christi, ita iste legatus ad gentes missus uenit. Iste fuit dispensator Acab regis. Ionas interpretatur columba siue dolens : Columba pro gemitu, dolens propter ęderam quę aruit. Ipse est saraptenę uiduae filius, ut Iudei adfirmant, quem resuscitauit Elias, et tunc dictus est amati. Amati enim ex ębreo, latine ueritas, id est filius ueritatis. Zacharias⁹³, memoria Domini, eo quod memoratus est Dominus per eius prædicationem populum reducere Iherusalem⁹⁴. Aggeus in latinum festinus et letus. Malachias interpretatur angelus Domini. Hii sunt duodecim prophetę, in duodenario numero Aecclesię constituti. Hii pro-[fol. 45r° b]-phetauerunt de Christo, quod postea Ihesus apostolis⁹⁵ dicebat : Alii laborauerunt, et uos in labores eorum introistis. Et iterum : Multi reges et prophetę cupierunt uidere quę uidetis, et non uiderunt, id est Christum, quem uos uidetis in carne et illi non uiderunt. Quattuor uero prophetae⁹⁶ inter duodecim quattuor euangelistas

83. h ajouté en interligne.

84. Blanc en fin de ligne, occupé par une ligne ondulée rouge.

85. Initiale rehaussée de couleurs, rentrante sur trois lignes ; prophetas corr. en prophetæ sunt par surcharge et ajout de tilde.

86. um final corr. en i.

87. os final corr. en us par u suscrit sans suppression du o.

88. Un premier b gratté.

89. quia uel ex gratté après amplexans.

90. ta ajouté d'une autre main en interligne.

91. et gratté avant mundi.

92. ba ajouté en interligne.

93. Un premier c gratté après Za.

94. ad gratté devant Iherusalem.

95. apostolus corr. en apostolis.

96. as final corr. en æ.

significauerunt, qui inter apostolos fuerunt⁹⁷. Apostoli grece, latine missi interpretantur. Nam sicut grece angeli, latine nuntii uocantur, ita et apostoli latine missi interpretantur.

Ipsos enim misit Christus euangelizare per uniuersum mundum. Ita ut quidam Persos Indosque penetrarent, docentes, et facientes in nomine Christi magna et incredibilia miracula, ut attestantibus⁹⁸ signis et prodigiis crederetur illis in his que dicebant. Habent autem plerique ex eis causas suorum uocabulorum. Petrus a petra nomen accepit, hoc est a Christo, super quem est fundata Aecclesia. Non enim a Petro petra, sed a petra Petrus, sortitus est nomen. Sicut non Christus a christianis⁹⁹, sed christiani a Christo uocati sunt. Ideoque ait Dominus : Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Quia dixerat Petrus : tu es Christus, filius Dei uiui. Deinde Dominus respondit : Super hanc petram quam dixisti edificabo Aecclesiam meam. Petra enim erat, super quod fundamentum aetiam ipse edificatus est Petrus. Cephas dicitur, eo quod in capite sit constitutus apostolorum. Cephas grece, caput dicitur. Symon Bar Iona, filius columbe. Bar quippe syra lingua filius dicitur ; Iona ebraice, latine¹⁰⁰ columba, et est [fol. 45v^o a] ipsum¹⁰¹ nomen in Petro, syrum pariter et ebreum. Bar Iona alii similiter accipiunt, quod Symon Petrus filius sit Iohannis, iuxta illam interrogationem Domini : Simon Iohannis, amas me ? Iohannes autem Domini gratia dicitur. Et pro Iona Iohannem dicunt. Et fuisse Petrum trinomium, id est Petrum, Cepha et Symon Bar Iona. Symon aebraice, latine obediens¹⁰² dicitur. Saulus, ebreo sermone temptatio dictus, eo quod primus in temptatione Aecclesie sit uersatus, inde nomen habet istud, eo quod persequeretur christianos. Postea, mutato nomine, de Saulo factus est Paulus, quod interpretatur mirabilis siue electus. Latine autem Paulus, a modico dictus, unde et ipse ait : Ego autem sum minimus apostolorum. Quando enim Saulus, superbus et elatus. Quando uero Paulus, humilis, modicus. Cephas enim et Saulus, ideo mutato nomine, sunt uocati ut essent aetiam ipso nomine noui, sicut Abraam et Saraha¹⁰³. Andreas, frater Petri carne et coheres gratiae, quod latine dicitur decorus, siue respondens. Sermone autem greco a uiro uirilil¹⁰⁴ appellatur. Iohannes ex merito nomen accepit ; interpretatur enim in quo est gratia uel Domini gratia ; eo quod¹⁰⁵ amplius eum ceteris apostolis dilexit Ihesus. Iacobus Zebedei a patre dictus, quem relinquens, cum Iohanne uerum patrem Christum secutus est. Hii sunt filii tonitru, qui etiam Bonarges ex firmitate et magnitudine fidei nominati [fol. 45v^o b] sunt. Hunc Iacobum fratrem Iohannis dicimus¹⁰⁶ quem Herodes post ascensionem Domini occidit¹⁰⁷. Iacobus Alfei propter separationem, est¹⁰⁸ cognominatus

97. Paragraphe ajouté par les éditeurs.

98. ad initial corr. en at.

99. o corr. en i par surcharge.

100. latine ajouté en interligne, sans doute d'une autre main.

101. ipsud corr. en ipsum.

102. audiens corr. en obediens.

103. h ajouté en interligne, m final gratté.

104. uiribus corr. en uirilil.

105. eo quod ajouté dans la marge.

106. dicuntur ajouté en interligne.

107. occisit corr. en occidit.

108. est ajouté dans la marge d'une autre main.

alterius Iacobi. Sicut iste filius Alfei, et ille filius Zebedei, ambo a patre nomen sumpserunt. Iste est Iacobus minor, qui in Eūangelio frater Domini nominatur. Quia Maria, uxor Alfei, soror fuit matris Domini, quam Mariam Cleofę Iohannes eūangelista cognominat. Alfeus autem ebreo sermone dicitur, latine uero millesimus siue doctus. Philipus¹⁰⁹ os lampadum¹¹⁰ uel os manuum. Thomas abissus uel geminus, unde et grece Didimus appellatur. Bartholomeus, syra lingua filius suspendentis aquas, uel filius suspendentis me. Mattheus in ebreo donatus exprimitur, idem appellatur Leui, ex tribu, a qua¹¹¹ ortus fuit. In latino autem ex opere, publicani nomen accepit, quia ex publicanis¹¹² fuit electus, et in apostolatum translatus. Symon Chananeus, ad distinctionem Symonis Petri, de uico Galileę Cana¹¹³, ubi aquas Dominus mutauit in uinum. Ipse est qui in alio eūangelista scribitur Zelotes. Cana¹¹³ quippe, zelus interpretatur. Judas Iacobi qui alibi appellatur Lebbeus figuratum nomen habet a corde, quod nos diminutiue¹¹⁴ corculum possumus apellare. Ipse in alio aeuangelista Taddeus scribitur; quem ecclesiastica¹¹⁵ tradit¹¹⁶ istoria¹¹⁷, missum ad¹¹⁸ ciuitatem edissam ad Abarum¹¹⁹ regem. Iudas Scariothes, [fol. 45bis^o a] uel a uico in quo ortus est uel ex tribu Isachar¹²⁰ uocabulum sumpsit, p̄sagio¹²¹ futuri in condempnatione sui. Isachar¹²⁰ enim interpretatur merces¹²², ut significaret pretium proditoris, quo¹²³ uendidit Dominum. Matthias qui interpretatur apostolus, sine cognomine solus habetur et interpretatur donatus, ut subaudiatur pro Iuda datus. Iste enim in loco eius ēlectus est ab apostolis, cum pro duobus sors mitteretur. Marcus excelsus mandato, utique propter eūangelium altissimi quod p̄dicauit. Lucas ipse consurgens, siue ipse ēleuans. Barnabas, filius prophete uel filius consolationis. Hii duodecim sunt Christi discipuli, predicatores fidei et doctores gentium. Qui dum omnes unum sint, singuli tamen eorum ad praedicandum in mundo sortes proprias acceperunt. Petrus Romam, Andreas Acchaïam, Tomas Indiam, Iacobus Ispaniam, Iohannes Asiam, Mattheus Macedoniam, Filippus Gallias, Bartolomeus Licaoniam, Symon Zelotes Egyptum, Matthias Iudeam, Iacobus frater Domini Iherusalem. Paulo autem cum ceteris apostolis nulla sors¹²⁴ propria traditur, quia in omnibus gentibus magister et praedicator ēligitur. Nam sicut Petro et reliquis circumcisionis apostolatus est datus, ita Paulo preputii in gentibus. Hic autem septem Aecclesiis et tribus eūangelizat discipulis. Hii sunt duodecim horę diei, qui per Christum solem

109. Un premier l gratté.

110. lampadarum corr. en lampadum par grattage de ar.

111. quo corr. en qua.

112. s final ajouté en interligne de la même main.

113. an final gratté.

114. u ajouté au-dessus d'une lettre grattée.

115. si ajouté en interligne.

116. tradidit corr. par grattage.

117. i initial ajouté d'une autre encre ; m final gratté.

118. d écrit en interligne.

119. Le scribe avait écrit Adagarum qui a été corr. par grattage du g et b suscrit.

120. h ajouté en interligne.

121. quodam gratté devant p̄sagio.

122. i corr. en e par suscription.

123. quia corr. en quo par grattage et o suscrit.

124. in gratté devant propria.

inluminantur. Hii sunt duodecim portę caelestis Iherusalem, per quos ad uitam beatam [fol. 45bis^o b] ingreditur. Hii ipsi ¹²⁵ sunt precepta apostolica quę ¹²⁶ credimus firmissima, supra Christum scilicet ¹²⁷ petram ¹²⁸ fundata. Hii sunt duodecim throni, iudicantes duodecim tribus Israel. Hec ¹²⁹ est Aecclesia per uniuersum orbem terrarum dilatata. Hoc ¹³⁰ est semen sanctum et electum, regale sacerdotium, per uniuersum mundum seminatum. Parui fuerunt electi ¹³¹, et de hoc paruo grano multa seges surrexit ; hanc Eecclesiam credimus et tenemus, et qui supra euangelizauerit quam isti, non christianus sed anathema in perpetuum erit marenatha ¹³², id est perditio in aduentum Domini. Et hii falcibus ¹³³ haec seminis grana per agrum huius mundi, quem propheteę laborauerunt metent ¹³⁴, quod subiecta formula picturarum demonstrat ¹³⁵.

[fol. 45bis v^o-45ter r^o] : **Illustration : *Mappa mundi*.**

[fol. 45ter v^o a]

M¹³⁶**MARTIRES** greca lingua, latine testes dicuntur. Vnde et testimonia grece martyria nuncupantur. Testes autem ideo uocati sunt, quia propter testimonium Christi passionem sustinuerunt, et usque ad mortem pro ueritate certauerunt. Martyr prior ¹³⁷ in Nouo Testamento Stephanus fuit, qui ebreo sermone interpretatur norma, quod prior fuit in martirio, ad imitationem ¹³⁸ fidelium. Idem autem greco sermone in latinum uertitur choronatus. Et hoc propheteę, ut consequeretur ¹³⁹ in prophetia, quod ¹⁴⁰ temporis ¹⁴¹ futuri prius in uocabulo resonaret. Passus est enim et quod uocabatur ¹⁴² accepit coronam, dicitur humiliter lapidatus, sed sublimer coronatus. Duo sunt autem martyrii ¹⁴³ genera. Vnum in aperta passione, alterum ab occulta animi uirtute. Nam multa ¹⁴⁴ hostis ¹⁴⁵ insidias tolerantes, id est diabolo resistentes et cunctis carnalibus desideriis abrenuntiantes, per hoc quod se omnipotenti Deo in corde mactauerunt, aetiam pacis tempore martyres facti sunt. Qui etiam si

125. ipsi ajouté en interligne.

126. qua corr. en quę.

127. scilicet ajouté dans la marge.

128. Tilde ajouté sur a d'une encre plus claire.

129. hic corr. en hec.

130. hic corr. en hoc.

131. et gratté avant electi.

132. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

133. quo facilius corr. en hii falcibus.

134. metent réécrit à l'emplacement de et hi metent.

135. N oncial.

136. Initiale rehaussée de couleurs, faiblement rentrante sur une ligne.

137. prior ajouté en interligne de la même main.

138. in gratté après ad.

139. n gratté avant le t.

140. quodam corr. en quod par grattage.

141. temporis ajouté en interligne.

142. uocabitur corr. en uocabatur par lettre suscite.

143. ii final réécrit à l'emplacement de plusieurs lettres grattées.

144. multi corr. en multa par surcharge.

145. h ajouté en interligne d'une autre main.

persecutionis tempus existeret ¹⁴⁶, martires esse potuerunt. **Cleros et clericos**, hinc appellatos, quia Matthias apostolus sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros enim greçe, latine sors, uel hereditas dicitur ¹⁴⁷.

Propterea ergo dicti clerici, quia de sorte sunt Domini uel quia Deum patrem habent.

Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in Ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus et nomina hec sunt : Ostiarius, [fol. 45ter v° b] psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, et episcopus. Ordo episcoporum quadripartitus est : id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitibus atque episcopis.

¶ I Patriarcha greca lingua summus patrum interpretatur, quia primum id est apostolicum retinet locum, et ideo quia ¹⁴⁸ summo honore fungitur, tali nomine censetur. In omni ¹⁴⁹ orbe terrarum tres sedes sunt patriarcharum. Id est Roma, Antiochia et ¹⁵⁰ Alexandria. Ipsi et pape dicuntur. Archiepiscopus ¹⁵¹ greco uocabulo, quod sit summus aepiscoporum. Tenet enim uicem apostolicam et preesidet tam metropolitanis quam episcopis ceteris, singulis enim prouinciis preeminet. Quorum auctoritati et doctrinae, ceteri sacerdotes subiecti sunt ; sine quibus nichil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius prouintiae, ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines, uno eodemque uocabulo, episcopi nominantur. Sed inde priuato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha, pater principum. Archos enim princeps dicitur. Archiepiscopus episcoporum metropolitanus nominatur. Episcopi autem uocabulum inde ductum, quod ille qui superefficitur, superintendat curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim greçe, quod latine intendere dicitur, siue et speculatores interpretantur. Nam speculator est prepositus in Ecclesia dictus, eo quod speculetur atque prospiciat populi ¹⁵² infra se positi ¹⁵³ mores et uitam.

¶ III Pontifex, princeps sacerdotum est, quasi uia sequentium. [fol. 46r° a]

Ipse et summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leuitas. Ipse omnes ordines aecclesiasticos disponit. Ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Ante aduentum autem, pontifices et reges erant. Nam maiorum hec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos uel pontifex. Vnde et romani ymperatores, pontifices dicebantur. Vates, a uim mentis ¹⁵⁴ appellatos, quorum significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. Antistes ¹⁵⁵ sacerdos dictus, ab eo quod ante altare stat. Primus est enim in ordine Ecclesie et supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex greco et latino, quasi sacrum

146. n gratté devant le t final.

147. dicuntur corr. en dicitur par grattage.

148. i suscrit.

149. e corr. en i par surcharge.

150. Majuscule E non rendue.

151. Archeepiscopus corr. en Archiepiscopus par surcharge.

152. populorum corr. en populi.

153. positorum corr. en positi.

154. mentes corr. en mentis par surcharge.

155. Antestis corr. en Antistes par surcharge.

dans. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a ¹⁵⁶ sanctificandum ¹⁵⁷ uocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Presbyter grece, latine senior interpretatur. Non enim modo pro aetate, uel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt, presbiteri nominantur. Item autem presbiteri sacerdotes uocantur, quia sacrum ¹⁵⁷ dant sicut episcopi. Quia licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec crismate frontem signant, nec Paraclitum Spiritum dant, quod solis debere aepiscopis, lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Vnde et apud ueteres idem episcopi et presbiteri fuerunt, quibus ¹⁵⁸ illud nomen dignitatis est ac ¹⁵⁹ etatis. Leuite ex nomine auctoris uocati. De Leui enim tribu le-[fol. 46r° b]-uite exorti sunt, quibus in templo Dei mistica sacramenti ministeria explebantur. Hii ¹⁶⁰ grece diaconi ¹⁶¹, latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur, hyppodiaconos ¹⁶² grece, quos nos latine subdiaconos dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia ¹⁶³ subiacent preceptis et offitiis leuitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et leuitis superponendas altaribus deferunt; hii ¹⁶⁰ apud Haebreos ¹⁶⁴ Nathanei ¹⁶⁴ uocantur. Lectores a legendo, psalmiste a psalmis canendis uocati. Illi enim predicant populis quid sequantur, isti canent, ut excitent ad compassionem ¹⁶⁵ animos audientium. Licet et quedam lectores, ita miseranter pronuntiant, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem aetiam et pronuntiationes uocantur, eo quod populo adnuntiant. Tanta enim et tam clara erit ¹⁶⁶ eorum uox, ut quamuis longe positi ¹⁶⁷ aures adimpleant. Cantor enim uocatus, quia uocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur, in arte musica. Sicut ea docti homines latine dicere potuerunt, id est precentor ¹⁶⁸ et succentor, scilicet qui uocem premittit in cantu. Succentor autem qui subsequenter tanendum ¹⁶⁹ respondet ¹⁷⁰. Concenter autem dicitur, quia consonat. Qui autem non consonat, nec concinit, nec [fol. 46v° a] concenter est.

I Accoliti grece, latine ceroferarii dicuntur, ad deportandum cereos ¹⁷¹ quando legendum est aeuangelium ac ¹⁷² sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis et deportantur. Non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum letitiae demonstrandum, ut sub typo luminis

156. Sic.

157. Le tilde sur le u est à peine visible.

158. bus ajouté en interligne.

159. hoc corr. en ac par grattage et surcharge.

160. Le second i a été ajouté d'une autre encre.

161. diaconus corr. en diaconi par grattage.

162. us final corr. en os par surcharge.

163. a ajouté en interligne.

164. h ajouté dans l'interligne d'une autre main.

165. compositionem corr. en compassionem.

166. erit ajouté en interligne de la même main.

167. positum corr. en positi.

168. precentor corr. en precentor.

169. canendo corr. par grattages et surcharges en tanendum.

170. Une surcharge rendant difficile de lire les dernières lettres, respondet est répété dans la marge d'une autre main.

171. o suscrit.

172. c suscrit.

corporalis, illa lux ostendatur, de qua in euangelio legitur : Erat lux uera que inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

- Γ Exorcistę ex greco, in latinum autem adiurantes siue inprecantes uocantur. Inuocant enim super cathecuminos ¹⁷³, uel super eos qui habent spiritum inmundum nomen Domini Ihesu, adiurantes per eum, ut egrediantur ab eis.
- Γ Ostiarii enim sunt ¹⁷⁴ ianitores qui in Ueteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur per ¹⁷⁵ illud ¹⁷⁶ inmundus in omni re. Dicti autem ostiarii, quod presint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles colligunt, respuunt infideles.
- Γ **Monachus** greca lingua uocatur, eo quod sit singularis. Monas enim grece, latine ¹⁷⁷ singularitas dicitur. Ergo si solitarium interpretatur uocabulum monachi, quid ¹⁷⁸ facit in turba, qui solus est? plura sunt enim genera monachorum.
- Γ Cęnobitę, quos ¹⁷⁹ nos in commune uiuentes, possumus appellare. [fol. 46v° b] Cenobium enim, plurimorum est.
- Γ Anachoritę sunt qui post cęnobialem uitam deserta petunt et soli habitant per deserta, et ab eo quod longe ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur. Sed anachorite Elijam et Iohannem. Cenobitę uero, apostolos imitantur ¹⁸⁰; heremitę hii sunt qui et anachoritę. Anachor grece heremus dicitur. Hii ab hominum conspectu remoti sunt ¹⁸¹ heremum et desertas solitudines appetentes. Nam heremum dicit, quasi remotum.
- Γ Abba autem syrum nomen est, significat in latinum pater, quod Paulus Romanis scribens : In quo clamamus abba pater. Syrum dixit et latinum.
- Γ **De cęteris fidelibus** quantum interpretatio ostendit, de unctione deducitur, siue de nomine auctoris et creatoris.
- Γ A Christo enim christiani sunt cognominati, sicut a Iuda Iudęi. De magistri quippe ¹⁸² nomine, cognomen sectatori datum est. Christiani autem aliquando a Iudeis, quasi hoc proprio nomine Nazarei uocabantur, pro eo quod Dominus noster atque Saluator, a uico quodam Galilęę Nazareus sit appellatus. Non se autem gloriatur christianus qui nomen habet, et facta non habet.
- Ubi autem nomen secutum fuerit et opere conpleuerit, certissime christianus erit. Ille est enim ¹⁸³ ueraciter christianus, qui se fide et factis ostendit christianum, ambulans sicut et ille ambulauit, a quo nomen traxit.
- Γ Catholicus, uniuersalis siue generalis interpretatur. Nam grece uniuerseę, catholicon uocant.

173. h ajouté en interligne.

174. enim sunt remplace peut-être par grattage et surcharge idem et donné par Sanders.

175. per ajouté dans la marge de la même main.

176. illud écrit à l'emplacement d'un autre mot gratté.

177. latine ajouté en interligne sans doute de la même main.

178. i suscrit.

179. s ajouté en interligne.

180. immitantur corr. en imitantur.

181. sunt ajouté en marge.

182. i écrit en interligne.

183. enim ajouté en interligne d'une autre main.

- Γ Orto-[fol. 47r° a]-doxus est, recte credens, et ut credit, uiuens. Orto enim greçe recte dicitur. Doxa gloria, hoc est uir rectę glorię. Quo nomine non potest uocari qui aliter uiuit quam credit.
- Γ Neofitus greçe, latine nouellus.
- Γ Et rudis, fidelis, uel nuper renatus ¹⁸⁴ interpretari potest.
- Γ Cathecuminus ¹⁸⁵ dictus, pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen babtismum recepit. Nam cathecuminus ¹⁸⁶ greçe, latine auditor interpretatur. Competens ¹⁸⁷ uocatus, quia post instructionem fidei, competit ¹⁸⁷ gloriam ¹⁸⁸ Christi. Inde et appetendo, competens uocatur. Cum ¹⁸⁹ aliquis iam paganus ad fidem uenit, cum instruitur ut credat, cathecuminus ¹⁸⁶ dicitur. Cum recte crediderit et baptizari se postulat, conpetens ¹⁹⁰ nominatur. Cum uero in aqua babtismi tinguitur, fidelis dicitur. Cum uero crismatur, a crismate ¹⁹¹, id est unctione, dicitur christianus. Sed cum post babtismum per episcopos datur Spiritus Sanctus; cum manuum ¹⁹² inpositione ¹⁹³ in Actibus Apostolorum, apostolos fecisse meminimus. Sic enim dicit: Cum audissent autem qui erant Iherosolimis apostoli, quod Samaria accepit Uerbum Dei, miserunt ad illos Petrum et Iohannem. Qui, cum uenissent, orauerunt pro illis, ut acciperent Spiritum Sanctum. Nondum enim in ullo eorum descenderat Spiritus Sanctus. Tantum uero babtizati erant, in nomine Domini nostri Ihesu Christi. Tunc inponebant illis manus et accipiebant Spiritum Sanctum. Spiritum autem Sanctum accipere possumus, dare non possumus, sed ut detur, Dominum inuocamus. Hoc autem in quo melius fiat, quemadmodum sanctus papa Innocentius romanę Sedis per omnes [fol. 47r° b] Aecclesias scripserit, audite. Dicit enim: Non ab alio, sed ab episcopo Spiritum Sanctum per manus inpositionem fieri liceret. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis pontificibus deberi, ut uel consignent in frontem, uel Spiritum tradant. Quod ¹⁹⁴ non solum consuetudo aecclesiastica demonstrat, uerum et superior illa lectio Actuum Apostolorum quę asserit Petrum et Iohannem esse directos, qui iam babtizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteri ¹⁹⁵ seu extra episcopum, siue praesente episcopo, cum babtizant, chrismate babtizatos ungere licet. Sed de eo ¹⁹⁶ crismate ¹⁹⁷ quod ¹⁹⁸ ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur aepiscopis cum tradunt Spiritum Sanctum.

184. renatis corr. en renatus par u suscrit.

185. h ajoutę en interligne d'une autre main.

186. caticuminus corr. en cathecuminus par h suscrit et surcharge.

187. con corr. en com par grattage du n et ajout de m dans l'interligne d'une autre main.

188. m ajoutę dans la marge d'une autre main apręs un a avec tilde.

189. cum corr. en Cum.

190. con initial corr. en com par surcharge.

191. crisma corr. en crismate en interligne.

192. um ajoutę en interligne.

193. m final grattę.

194. q corr. en Q.

195. s final grattę.

196. ea corr. en eo.

197. crisma corr. en crismate par ajout de te en interligne.

198. quę corr. en quod.

- ¶ **De religione et fide.** Dogma a ¹⁹⁹ putando philosophi nominauerunt, id est hoc puto bonum, hoc puto esse uerum.
- ¶ Religio appellata, quod per eam uni Deo religamus animas nostras, ad cultum diuinum uinculo seruiendi. Quod uerbum autem conpositum est, a religendo, id est eligendo. Ut ita latinum uideatur religio sicut eligio.
- ¶ Tria sunt autem quę in religionis cultu, ad colendum Deum omnibus perquiruntur. Id est fides, spes et caritas.
- In ²⁰⁰ fide, quid credendum. In spe, quid sperandum. In caritate, quid sit amandum.
- Fides ²⁰¹ est qua ²⁰² ueraciter credimus, id ²⁰³ quod nequaquam ²⁰⁴ uidere ualemus. Nam credere iam non possumus quod uidemus. Proprietatem nomenis ²⁰⁵ fidei inde dicimus ²⁰⁶ dictam ²⁰⁷, si omnino fiat quod dictum est, aut promissum. Et inde fides uocata, ab eo quod [fol. 47v° a] fit illud quod inter utrosque placitum est, quasi inter Deum et hominem ; Hinc et fides dicitur.
- Spes ²⁰⁸ uocata, quod sit pes progrediendi uiam, quasi in uia est pes. Vnde e contrario desperatio, deest ²⁰⁹ ibi pes ²¹⁰, nullaque in uia ambulandi facultas, quia dum quisque ²¹¹ peccatum amat, futuram gloriam non sperat. Caritas grece, Latine dilectio interpretatur, eo quod duos in se illiget. Nam dilectio a duobus incipit, quod est amor Dei et proximi. De qua Apostolus ait : Plenitudo autem legis est dilectio. Maior est autem haec dilectio, omnibus uirtutibus, in Aecclesia. Quia quis diligit et credit et sperat. Qui autem non diligit, quamuis multa bona faciat, sine causa laborat. Omnis autem dilectio carnalis, non dilectio sed amor dici solet. Dilectionis autem nomen, tantummodo in melioribus rebus, id est in sanctis ac religiosis uiris accipi solet. Haec est aecclesiastica doctrina et fides intra Ecclesiam tenenda. EXPLICIT PROLOGUS ECCLESIAE ²¹².
- INCIPIT PROLOGUS SINAGOGE ²¹³.
- ¶ **Sinagoga** ²¹⁴ grece, latinae congregatio dicitur. Quia Ecclesia aduocationem dixit, eo quod omnes ad se uocet. Sinagoga uero congregationem appellauit, eo quod multitudo populi in ea congregetur ²¹⁵. Quod proprium nomen Iudeorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie sinagoga dici solet, quamuis Aecclesia

199. ad corr. en a par grattage.

200. I rentrant.

201. F rentrant.

202. quid corr. en qua.

203. est gratté après id.

204. ne quaquam ms.

205. is ajouté en interligne.

206. inde dicimus ajouté dans la marge.

207. um final corr. en am.

208. Initiale rehaussée d'une couleur, rendue, comme les suivantes, par une capitale grasse noire.

Cette particularité ne sera plus signalée..

209. Un second d jouté en interligne sur le premier.

210. s effacé avant le p.

211. i suscrit.

212. Capitales noires rehaussées de jaune.

213. Capitales rouges rehaussées de jaune.

214. Initiale S rouge rehaussée de couleurs, non rentrante sur deux lignes.

215. n gratté devant tur.

dicta sit, cum et a christianis ²¹⁶ sinagoga nominetur ²¹⁷. Nostram uero apostoli, numquam sinagogam dixerunt, sed semper Aecclesiam. Siue discernendi causa, [fol. 47v° b] siue quod inter nos congregationem habemus. Vnde et synagoga et conuocatio ab una Eecclesia nomen accepit. Distat aliquid inter aduocationem et congregationem, quia aduocare dicitur, inuitare. Congregare uero, sicut et pecora ²¹⁸ congregari solent, quorum et greges proprie ²¹⁹ dicimus. Quantum distat inter pecus et hominem, tantum distat inter sinagogam et Eecclesiam. In Aecclesia nuncupantur homines, in sinagoga animalia. Homines sunt ratione capaces.

Qui ²²⁰ Preterita ²²¹ recordant, p̄sentia ordinant et futura p̄uident. Et quicquid de die in diem faciunt incessanter pensant, ne ad deteriora unquam ²²² uel in cogitatione, uel in opere decident. Non dant somnum oculis, sed die et nocte, in lege Domini meditantur.

Iste ²²³ est filius masculus, quem mulier dicitur peperisse, qui non quemlibet sanctorum uirorum imitando ²²⁴, sed ipsam ueritatem contemplabiliter intuendo, operatur ²²⁵ iusticiam, ut ipsum ²²⁶ intellegat et sequatur, ad cuius imaginem ²²⁷ factus est ueritate. Iste etiam ²²⁸ accepit potestatem piscium maris et uolatilium celi, pecudumque ²²⁹, ferarum quoque et reptilium. Quia spiritalis quisque effectus et Deo similis factus, secundum apostolum iudicat ²³⁰ omnia, ipse autem a nemine ²³¹ iudicatur, quia non in hoc mundo sed in futuro h̄eres esse creditur. Sinagoga uero omnem spem suam in hoc mundo habet, sollicita est pro corpore non pro anima. Continet autem eos, id est diabolum et antichristum, h̄eticum, ypocritam, Scismaticum, supp[e]rstitutionem ²³², bestiam, draconem, puteos, [fol. 48r° a] locustas, equos et mulierem super bestiam sedentem. **DIABOLUS** ²³³ ebraice dicitur, latine uero deorsum fluens. Quia quietus in celi culmine stare contempsit, sed superbie pondere, deorsum corruens cecidit. Grece uero diabolum criminatorem uocatur, quod uel crimina, in quibus ipse homines incitat, Deo referat, uel quia electorum innocentiam criminibus falsis accusat. Unde in hoc libro uoce angelica dicitur: *Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die ac nocte [Ap 12,10]*. Grece Satanus dicitur,

216. christianos corr. en christianis par surcharge.

217. nominatur corr. en nominetur par surcharge.

218. Un premier c a été gratté.

219. a gratté devant le e final.

220. Qui rehaussé de jaune ajouté dans la marge ; i suscrit.

221. Preterita avec initiale rehaussée de jaune.

222. um initial corr. en un par grattage.

223. I initial rentrant rehaussé de jaune.

224. immitando corr. en imitando par grattage.

225. n gratté devant tur.

226. ipsam corr. en ipsum.

227. immaginem corr. en imaginem par grattage.

228. Une lettre grattée entre e et t.

229. peccodum corr. en pecudum par grattage d'un c et u suscrit sur le o.

230. et final corr. en at.

231. m final gratté.

232. e gratté entre r et t.

233. Petites capitales rouges rehaussées de jaune.

in latino uero sonat aduersarius, siue transgressor. Ipse ²³⁴ enim est aduersarius, qui est ueritatis inimicus et semper sanctorum uirtutibus contraire nititur. Ipse transgressor, quia praeuaricator effectus, in ueritate qua conditus est, non stetit. Idem ²³⁴ et temptator, quia ad temptandam iustorum innocentiam postulat, sicut in Iob scribitur.

ANTICHRISTUS ²³⁵ appellatur, quia contra Christum uenturus est. Non quomodo quidam simplices intelligunt ²³⁶, Antichristum ideo dictum quod ante Christum uenturus sit, id est post eum ueniat Christus. Non sic.

Sed Antichristus grece dicitur, quod est latine contrarius Christo. Anti enim grece, in latinum contra significat. Christum se enim mentietur dum uenerit, et contra eum dimicabitur, et aduersabitur sacramentis Christi, et ueritatis euangelium soluet ²³⁷, et non recipiet ²³⁸, nisi solam legem mosaycam ut populum ad circumcisionem prouocet. Nam et templum Iheroso-[fol. 48r° b]-limis reparare, et omnes Legis ueteris ceremonias reparare temptabit. Sed et ille Antichristus est, qui negat esse Deum Christum. Operibus autem dissentit a Christo, Christum credit fide et negat opere. Nam sicut duobus modis diximus a Deo recedere, ita duobus modis apostatas homines esse. Sicut enim qui a fide recedit ²³⁹, apostata est, ita qui opere recedit ab omnipotenti Deo, apostata nominatur, etiamsi in Ecclesia ²⁴⁰ fidem rectam tenere uideatur. Omnes enim qui exeunt de Ecclesia et ab unitate fidei et operis precipiduntur, sine dubitatione antichristi esse credantur.

DE HERESIBUS ²⁴¹

Hereses ²⁴² christianorum multe sunt, et innumerabiles. Cum autem Ecclesia septiformis est et in toto mundo diffusa, una esse creditur. Heresum uero dogma, particulatim in aliquibus regionum ²⁴³ partibus coartatur. Quidam enim heretici de Ecclesia recesserunt et ex nomine suorum auctorum qui eas inuenerunt ²⁴⁴, nominantur. Quidam uero ex causis propriis, quas suo arbitrio eligentes instituerunt. Nam heresis grece, latine electio uocatur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius illi esse uidetur. Quas non solum in rusticis et ignaris sed in sapientibus reperiuntur et litteratis, qui peruersas doctrinas excogitantes ²⁴⁵, arbitrio suo quod uoluerint faciunt. Quia quisquis ab unitate Ecclesie in consilio segregatur et ad instituendas siue ad suscipiendas [fol. 48v° a] quaslibet ²⁴⁶ causas, ipse sibi eligit ²⁴⁷, hereticus est. Et non solum de fide

234. Initiale rehaussée de bleu.

235. Petites capitales rouges rehaussées de jaune.

236. intellegunt corr. en intelligunt par surcharge du i sur le e.

237. soluat corr. en soluet.

238. recipiat corr. en recipiet par surcharge.

239. receditur corr. en recedit par grattage.

240. m final gratté.

241. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de ligne.

242. Belle initiale H rentrante, rehaussée de couleur.

243. regionibus corr. en regionum par grattage, transformation du i en u et add. d'un tilde sur le

u.

244. ad initial a été gratté.

245. as final corr. en es par surcharge sans suppression du a.

246. quelibet corr. en quaslibet.

247. elegit corr. en eligit par surcharge.

dicimus, sed etiam diuersae²⁴⁸ et macilentae²⁴⁸ quae pro nichilo esse estimantur²⁴⁹ obseruationes, hereses nuncupantur, quae²⁵⁰ omnes sanctis sacerdotibus, in diem iudicii requirende erunt. Nobis uero nichil ex nostro arbitrio inducere licet sed nec eligere. Quod aliquis de suo arbitrio induxerit, apostolos Dei habeat²⁵¹ auctores, quia nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt. Sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nobis adsignauerunt. Itaque etiam si angelus de caelis aliter adnuntiauerit, anathema uocabitur. Haec sunt hereses aduersus catholicam fidem exortae, et ab apostolis et a sanctis patribus uel conciliis praedamnatae. Quae dum in se multis erroribus diuisae, inuicem sibi dissentiant, communi tamen nomine aduersus Aecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti²⁵² conflagitat a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recessit, tamen hereticus appellari potest. **De SECTA**

Secta²⁵³ a sequendo et tenendo nominata. Nam sectas dicimus a uitiiis animorum ad²⁵⁴ institutam disciplinam uel propositam, qua²⁵⁵ tenendam secuntur. Longe aliter²⁵⁶ in religionis cultu estimantes²⁵⁷ quam caeteri. **DE SCISMATE**²⁵⁸.

Scisma²⁵⁹ ab scissura animi²⁶⁰ uocatam. Eodem enim cultu, eodem ritu credit, ut caeteri religiosi, [fol. 48v° b] solo congregationis delectatur²⁶¹ discidio, ut cum ceteris communi, nullo fulciatur consilio. Fit²⁶² autem scisma cum dicunt homines nos iusti sumus, nos sanctificamus inmundos²⁶³ et cetera his similia. **DE SUPERSTITIONE**²⁶⁴.

Superstitio²⁶⁵ dicta, eo quod sit superflua aut super instituta religionis obseruatio. **DE HYPOCRITA**²⁶⁶.

Hypocrita²⁶⁷ greco sermone, latine uero simulator dicitur. Qui etiam simulate²⁶⁸ legis traditione fulciuntur, doctrine uerba proferunt, omne quod sentiunt testimoniis attingunt. Nec tamen per haec uitam audientium, sed proprias laudes

248. a final corr. en æ par surcharge.

249. ex initial corr. en es.

250. quos corr. en quae.

251. t écrit à l'encre noire sur des lettres grattées.

252. sancti ajouté en interligne de la même main.

253. Belle initiale S rehaussée de couleur faiblement rentrante sur deux lignes.

254. ac corr. en ad par surcharge.

255. quem corr. en quam par surcharge.

256. aliam corr. en aliter.

257. ex initial corr. en es.

258. De scisma en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de la ligne suivante ; te ajouté à l'encre noire.

259. Initiale S rehaussée de couleur faiblement rentrante sur deux lignes.

260. animo corr. en animi par surcharge.

261. n gratté devant tur.

262. it écrit à l'encre noire sur des lettres grattées.

263. in en capitales à la ligne précédente.

264. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de deux lignes.

265. Initiale S rehaussée de couleur non rentrante sur deux lignes.

266. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de ligne.

267. Initiale H rehaussée de couleur rentrante sur deux lignes.

268. tor final corr. en te.

querunt, quia nec proferre alia nouerunt, nisi quod auditorum corda ad rependendas²⁶⁹ sibi²⁷⁰ laudes excutiunt, non ad lacrimas accendunt. Mens quippe concupiscentiis exterioribus occupata, igne diuini amoris non calet. Et idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores suos non possunt uerba quę frigido corde proferuntur. Neque enim res quę in se ipsa non arserit aliud accendit. Vnde fit plerumque ut hypocritarum dicta, et audientes non erudiant, et eosdem ipsos qui se proferunt, elatos laudibus deteriores reddant. Attestante²⁷¹ etenim paulo. Scientia inflat, caritas aedificat. Quem²⁷² ergo caritas aedificando non erigit, scientia inflando peruertit. Plerumque hypocrite mira se abstinentia affligunt, omne robur²⁷³ corporis acterunt²⁷⁴, et quasi carnis uitam funditus in carne²⁷⁵ uiuentes extinguunt. Sicque per abstinentiam morti appropiant²⁷⁶, ut pene cotidie [fol. 49r° a] morientes uiuant. Nam ore²⁷⁷ pallescunt, corpus debilitant et quatitur pectus. Interrumpentibus²⁷⁸ suspiriis urguetur²⁷⁹ Spiritus Sanctus²⁸⁰. Sed²⁸¹ inter haec ab ore proximorum sermo admirationis queritur. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam uiuit, quia et sepe per sanctitatis imaginem²⁸², locum regiminis indignus assequitur²⁸³, qui²⁸⁴ nisi aliquid in se uirtutis ostenderet, nullum²⁸⁵ percipere honorem²⁸⁶ mereretur²⁸⁷; sed transit quod delectabiliter obtinet, pœnaliter quod sequitur²⁸⁸ manet. Sanctitatis nunc fiducia in ore hominum ponitur, sed cum internus iudex secreta cordis examinauerit²⁸⁹, testes uitae exterius non querentur²⁹⁰. **DE ARROGANTE**²⁹¹.

ARROGANS²⁹² dicitur, id est audax et superbus, eo quod multum rogetur et ille fastidiosus sit. **DE AELATO**²⁹¹.

269. reprehendendas corr. en rependendas par grattage..

270. sibi ajouté dans la marge d'une autre main.

271. ad initial corr. en at.

272. quem écrit d'une autre encre sur un mot gratté.

273. rubor corr. en robur par surcharge.

274. ad initial corr. en ac.

275. m final gratté.

276. appropiant par plusieurs grattages et surcharges à l'encre noire.

277. a corr. en e d'une autre main.

278. Ponctuation forte grattée avant Pectus ; ajout de ponctuation et de majuscule d'interrumpentibus.

279. urguetur corr. en urguetur par grattage.

280. Spiritus Sanctus ajouté en interligne.

281. Ajout de ponctuation et de majuscule de Sed.

282. immaginem corr. en imaginem par grattage.

283. ad initial corr. en as.

284. quem corr. en qui.

285. nullo corr. en nullum par surcharge et ajout de tilde.

286. honore corr. en honorem par ajout de tilde d'une autre encre.

287. Le second re ajouté en interligne.

288. i suscrit.

289. ueri ajouté en interligne.

290. querantur corr. en querentur par surcharge.

291. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de ligne suivante.

292. Initiale rehaussée de couleur faiblement rentrante sur deux lignes.

Elatus²⁹² dicitur pro eo quod seipsum super mensuram leuet²⁹³, dum magnus sibi uidetur de his que ait²⁹⁴. **DE DESPERATIS**²⁹⁵.

DESPERATVS²⁹⁶ uulgo uocatur malus ac perditus, nec iam ullius prosperę spei. Dicitur autem per similitudinem egrorum, qui afflicti²⁹⁷ et sine spe deponuntur. Consuetudo autem erat apud ueteres, ut desperati²⁹⁸ ante ianuas suas collocarentur²⁹⁹, ut³⁰⁰ uel extremum spiritum redderent terrae, uel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborauerunt morbo. **DE INIMICO**²⁹¹.

INIMICVS³⁰¹ est, id est non amicus, quia³⁰² amicus amiciciae³⁰³ custos dicitur. Inimicus autem aduersarius. Duę autem res, inimicos fatiunt, fraus et terror, quod timent fraudis maleę³⁰⁴, quod [fol. 49r° b] passi sunt. **DE SVPERBO**²⁹¹.

SUPERBVS³⁰⁵ dicitur, quia super uult uideri quam est. Qui enim uult supergredi quod est, superbus est. **DE PVBLICANO**³⁰⁶

PUBLICANVS²⁹² est qui fiscalia publica exigit, qui per publica negotia saeculi lucra sectatur³⁰⁷. **DE PECCATORE**²⁹¹.

Peccator²⁹² a pellice³⁰⁸ id est meretrice uocatus, quasi pellicator³⁰⁸, quod nomen apud antiquos, tantum solum flagitiosum significabat. Postea transit hoc uocabulum in appellatione hominum iniquorum. **DE FORNICATIONE**²⁹¹.

Fornicatrix²⁹² est cuius corpus publicum et uulgare³⁰⁹ est, et sub arcus³¹⁰ murorum prostratur³¹¹. Qui³¹² loci³¹³ fornices dicuntur, unde fornicarii nuncupantur. **DE PREVARICATORE**²⁹¹.

Praeuaricator²⁹² male fidei aduocatus, qui uel in accusando loquitur, uel in defendendo profutura preterat³¹⁴, ut inutiliter dubieque ponat mercedis gratiam et falsum testificatur pro lucro. **DE STVLTO**²⁹¹.

293. eleuet corr. en leuet par grattage..

294. agit corr. en ait.

295. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de ligne ; desperatis corr. en desperatis par surcharge.

296. Belle initiale rehaussée de couleur sur deux lignes. desperatus corr. en desperatus par surcharge.

297. affecti corr. en afflicti.

298. disperati corr. en desperati par surcharge.

299. con initial corr. en col.

300. ut ajouté en interligne.

301. Grande initiale rehaussée de couleur rentrante sur deux lignes.

302. a ajouté en interligne.

303. amiciciae corr. en amicus amiciciae par ajout de cus et de ami dans les marges.

304. mali corr. en maleę par surcharge.

305. Grande initiale rehaussée de couleur faiblement rentrante sur deux lignes.

306. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de deux lignes.

307. n gratté devant tur.

308. Surcharge et ajout de l en interligne.

309. uulgale corr. en uulgare.

310. arcos corr. en arcus par surcharge.

311. prostrabantur corr. en prostratur par grattage.

312. Que corr. en Qui par surcharge.

313. loca corr. en loci.

314. e gratté devant at.

STVLTVS²⁹² ipse est fatuus³¹⁵, qui per stuporem³¹⁶ mouet³¹⁷ iniuriam, sequitiam³¹⁸ et malitiam³¹⁸ præfert, nec ultus est, nec ullo³¹⁹ ignominia³²⁰ commouetur³²¹ dolore. **DE DRACONE**³²².

DRACO²⁹² serpens est, id est diabolus, sed ex auctore³²³ nominis, a serpendo nomen accepit. Ipse est et Leuiathan³²⁴, id est serpens de aquis, qui³²⁵ in huius saeculi mare uolubili uersatur astucia. Leuiathan³²⁴ autem interpretatur additamentum³²⁶ eorum. Quorum scilicet, nisi hominum quibus in paradiso semel culpam præuaricationis intulit, et hanc usque ad æternam mortem [fol. 49v° a] cotidie persuadendo adicit uel extendit. Dictum est ad serpentem : Maledictus eris, inter omnia animantia. Super pectus tuum gradieris et uentrem. Hic figuraliter significatur cogitatio ac superbia mentis. Per uentrem uero carnis luxuria designatur. Super pectus autem et uentrem diabolus id est serpens ambulat, quia duabus causis serpit³²⁷ quos decipere querit. Id est aut cogitatione superbiae aut luxuria uel ingluuiæ uentris. Et terram manducabis, id est ad te pertinebunt quos terrena cupiditate deceperis. Quando enim dictum est diabolo, terram manducabis, tunc dictum est homini peccatori, terra es et in terram ibis, et datus est in cibum diabolo³²⁸ homo peccator. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum, et semen eius. Semen diaboli mala suggestio uel cogitatio peccati est, quando unusquisque mala³²⁹ cogitat, tunc diabolus in corde illius³³⁰ seminat. Semen autem mulieris factum³³¹ est boni operis, quando unusquisque bonum cogitat, tunc bonum semen seminat. Et malum³³² quod cogitauerit³³³ corde si³³⁴ opere non compleuerit, prae suggestioni³³⁵ resistit. Caput serpentis mulier, id est caro conteret, si eum mens in ipso initio male suggestionis excludit. Ille insidiatur³³⁶ calcaneo³³⁷ eius, quia mentem quam per primam suggestionem nunc³³⁸ decipit, decipere usque in finem querit. Sic

315. t fatuus répété dans la marge.

316. non gratté avant mouet.

317. ur final gratté.

318. Tilde ajouté sur a d'une autre encre.

319. ulla corr. en ullo.

320. a final corr. en æ.

321. con initial corr. en com.

322. Titre en petites capitales rouges rehaussées de jaune en fin de deux lignes.

323. u ajouté en interligne de la même main.

324. h ajouté d'une autre main.

325. a final gratté.

326. adamentum corr. en additamentum par surcharge et lettres suscrites.

327. serpet corr. en serpit.

328. a ajouté en interligne sans doute de la même main.

329. male corr. en mala par surcharge.

330. illius ajouté en interligne.

331. factus corr. en factum.

332. malum ajouté en interligne.

333. Lettre grattée et surcharge avant uerit.

334. corde si ajouté en interligne.

335. is final corr. en i.

336. tor final corr. en tur par ajout de u en interligne sans suppression du o.

337. um final corr. en o.

338. c ajouté en interligne de la même main.

Christum cum eum hominem uidisset, decipere quesivit et non potuit. Tunc ergo caput [fol. 49v° b] eius contriuit, quia non per potentiam, quod Deus erat, sed per humilitatem hominis eum contriuit ³³⁹, quod est mors. Sicut et Dauid dixerat ex persona patris ad filium. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. Aspidem, dixit mortem. Basiliscum uocauit peccatum. Draconem diabolum, occulte insidiantem. Leonem uero Antichristum. Hos ³⁴⁰ nunc serui Dei sequaces Christi per fidem et opera sub pedibus calcant, sicut ueritas in Euangelio ait : Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici, et nichil uobis nocebunt. **De equis** ³⁴¹. Equi Domini sunt quos Zacharias uidit missos in mare ³⁴², id est in ³⁴³ prædicationem mundi. Hii equi tres sunt : **ALBUS**, id est candor bapismi ; **NIGER**, id est squalor penitentię ; **TERTIUS Rubeus** ³⁴⁴, quod est passio martirii. Hii tres unum sunt et sessore suo Christo. **DE equis malis** ³⁴⁵. Et hii equi tres sunt. Primus rufus, id est sanguinolentus et homicida. Ille rufus quem supra diximus suo sanguine est rufus. Iste uero alieno, hii sunt homicidę. **Secundus** equus niger. Quamuis et ille niger sit quem superius diximus.

Sed ille niger est per penitentiam, iste uero per opera. Iste est famis spiritalis in Aecclesia, id est prædicatio euangelica quam ³⁴⁶ nemo adnuntiat. **Tertius** equus pallidus, et infernus sequebatur eum. Ipse mors spiritalis in Aecclesia. Per peccatum enim mors, hii tres unum sunt, et sessore suo diabolo. **DE BESTIA**. Bestia [fol. 50r° a] propriae ad ³⁴⁷ deuastandum ³⁴⁸ nomen accepit, id est deuorandum. Daniel enim quattuor in uisione bestias uidit : **PRIMA** quasi leena ³⁴⁹ et habebat alas aquile. **SECUNDA** bestia similis urso. **TERTIA** bestia, quasi pardus. **QUARTA** ³⁵⁰ bestia, terribilis atque mirabilis, et fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens ³⁵¹ atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis erat ceteris bestiis, et habebat cornua decem. Hae quattuor bestiae iste mundus est, qui in quattuor partibus diuiditur. Oriente, Occidente, Septentrione et Meridie. Quamuis et quattuor regna intelligantur ³⁵², id est in leena babilonium regnum, in urso Medorum et Persarum. **IN PARDO** regnum Macedonum, et in illa dissimilis ³⁵³ forte regnum Romanorum, dentes ferreos, comedens ³⁵¹ et conculcans, eo quod per ipsum regnum facta sunt omnia martyria. **TAMEN** haec quattuor unus mundus est. Sicut et Nabuchodonosor ³⁵⁴ in sua statua uisionis, quasi unum uidit in figura hominis, sed in quattuor partibus discoloribus

339. conteruit *corr. en* contriuit.

340. h ajout  en interligne devant O majuscule.

341. equos *corr. en* equis.

342. mari *corr. en* mare.

343. in ajout  dans la marge.

344. e ajout  en interligne.

345. equos malos *corr. par surcharge*.

346. quem *corr. en* quam.

347. a *corr. en* ad.

348. o *final corr. en* um.

349. e *final corr. en* a.

350. a ajout  en interligne.

351. comedens *corr. par grattage du premier m.*

352. intellegantur *corr. par surcharge*.

353. e *final corr. en* is.

354. h ajout  en interligne.

membris conspexit, id est caput aureum, quod est prima pars mundi. **PECTUS et** brachia de argento, quod est secunda. **TERTIA** ex ęre, quod est tertia pars, id est uentrem et femora. **QUARTA** uero pedes ferreos, et ex parte fictiles. In hos pedes cognosce aperte finem istius saeculi esse, quia pes ³⁵⁵ extrema pars corporis est. Vnde et lapis de monte ueniens, id est filius Dei de Uirgine, hanc statuum in pedibus percutere dicitur, id est in finem mundi uenire, et mundi pacem cum angelis sociare et ipse rex in uniuersum mundum suę [fol. 50r^o b] Aecclesię praeesse ³⁵⁶; hic ³⁵⁷ est lapis, qui dicitur ³⁵⁸ mundum implere. Ergo hae ³⁵⁹ quattuor bestię una bestia est, quę in hoc libro manifestata esse dinoscitur, habens capita septem et cornua decem. **Decem cornua** et septem capita unum est. Capita reges dicit omnes. Cornua omnia regna dicit. Et inter decem cornua, unum cornu ³⁶⁰ paruulum nominauit. **Ergo dicamus** quod omnes scripturę ³⁶¹ ecclesiasticę ³⁶² tradiderunt. In fine mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem reges futuros esse, qui regnum romanum inter se diuident ³⁶³. Et undecimum surrecturum esse paruulum regem, qui tres reges et decem regna ³⁶⁴ superaturus sit, id est ęgyptiorum regem et Africę et ęthiopiae, sicut in consequentibus plus manifestius dicemus. Quibus tribus ³⁶⁵ interfectis, etiam septem alii reges, ipsi decimo regi ³⁶⁶ qui erat cornu paruulum ³⁶⁷, colla submittent. Ipse est homo peccati, filius perdicionis Antichristus, ita ut in templo Dei sedeat, fatiens se quasi Deus. Per spetiem quidem corporis sui adhuc non uenit, sed tamen in hac bestia et in equis ³⁶⁸ malis ³⁶⁹ quos diximus regnum tenet. De quo per prophetam dicitur: Posuisti tenebras et facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestię siluarum. Catuli leonum rugientes ut rapiant et querant a Deo escam sibi. Hinc per Iob dicitur: Ingredietur bestia latibulum suum, et in antro suo morabitur. Quis alius nomine bestię, nisi anticus hostis ³⁷⁰ accipitur, qui deceptionem primi hominis seus impetit et integritatem uitę illius male suadendo [fol. 50v^o a] laniat ³⁷¹. Contra quem per prophetam uocibus de sancta ęlectorum Aecclesia in antiquo statu restauranda ³⁷², quem in paradiso perdidit, repromittitur. Et mala bestia non transibit per eam. **Sed Hec BESTIA**, cum post Redemptoris aduentum, post predicatorum uoces, quasi post tonitruum nubium in finem mundi, illum damnatum hominem qui Antichristus

355. pedes *corr. en pes.*

356. prae ou pre *ajouté en interligne.*

357. haec *corr. en hic par grattage et surcharge.*

358. qui dicitur *ajouté en interligne.*

359. c *final gratté.*

360. cornum *corr. en cornu par grattage.*

361. a *final corr. en æ.*

362. i *final corr. en ę.*

363. diuidant *corr. en diuident.*

364. regibus *corr. en regna par surcharge.*

365. tres *corr. en tribus.*

366. rege *corr. en regi par surcharge.*

367. us *final corr. en um.*

368. equos *corr. en equis par surcharge.*

369. malos *corr. en malis.*

370. h *ajouté en interligne, sans doute d'une autre main.*

371. laniauit *corr. en laniat par grattage et surcharge d'une autre encre.*

372. o *final corr. en a.*

uocatur inuaserit, quid aliud quam latibulum suum ingredietur, ut in antro proprio demoretur? Uas quippe illud diaboli, antrum³⁷³ ac latibulum bestię est, ut insidians omnibus uiam huius uite carpentibus³⁷⁴, in illo et per signa lateat et per malitiam occidat. Qui tamen omnium reproborum corda, etiam nunc priusquam aperte³⁷⁵ appareat, possidet³⁷⁶ ea que per occultam malitiam, quasi propriam speluncam tenet atque omne quod nocere bonis appetit, in eorum se obscuris mentibus abscondit. An³⁷⁷ Iudaeorum persequentium corda spelunca huius bestię non fuerunt, in quorum multis consiliis, et³⁷⁸ in corde latuit et subito uocibus erupit clamantium crucifige crucifige³⁷⁹. Et quia ad lacerationem mentis pertingere temptando non potuit, in Redemptore nostro a morte carnis anhelauit³⁸⁰, hec nimirum bestia multa electorum corda tenuit, sed hanc ab illis moriens agnus predam excussit. Vnde et in euangelio dicitur: Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Qui miro rectoque iudicio, dum confessiones³⁸¹ humilium inluminans Dominus suscepit, superborum oculos deserens clausit. sicut dixit: [fol. 50v° b] Posuisti tenebras et facta est nox. Tenebras quippe Dominus ponit, cum peccanti³⁸² iudicia rependens, lumen sue intelligentię subtrahit. Et nox efficitur, quando³⁸³ prauorum mens ignorantie sue erroribus cęcatur. In qua omnes bestię siluarum pertranseunt, dum maligni spiritus sub umbra fraudis latenter in reproborum corda prauitates suas explendo percurrunt. In qua et catuli leonum rugiunt³⁸⁴, quia nequissimarum, sed tamen eminentium potestatum ministri spiritus, inportunis temptationibus insurgunt. Qui tamen a Deo escam expetunt, quia sine dubio capere animas non possunt, nisi iusto iudicio preualere diuinitus permittantur³⁸⁵. Vnde et abte subiungitur. Ortus est sol et congregati sunt et in cubilibus suis se conlocauerunt, quia ueritatis lumine per carnem apparente, a fidelium mentibus excussi³⁸⁶, quasi ad cubilia sua reuersi sunt, dum sola infidelium corda tenuerunt. Quod igitur illic leonum cubile, hoc hic antrum, id est spelunca bestię dicitur. Notandum uero magnopere estimo³⁸⁷, quod haec bestia non solum antrum suum ingredi sed in eo aetiam morari dicitur. Aliquando namque³⁸⁸ etiam bonorum mentes ingreditur, illicita suggerit, temptationibus fatigat, rectitudinem spiritus ad delectationem carnis deflectere conatur, delectationem quoque ad consensum perducere nititur, sed tamen, resistente superno Adiutorio, preualere proibetur. Intrare ergo in mentes bonorum potest, sed in eis morari non potest, quia cor

373. antro corr. en antrum par surcharge d'une autre encre.

374. carpientibus corr. en carpentibus par grattage de i.

375. us final corr. en e.

376. n gratté devant t.

377. An ajouté d'une autre encre après grattage.

378. et ajouté en interligne de la même main.

379. crucifige répété.

380. h ajouté en interligne ; bit final corr. en uit.

381. confessionis corr. confessiones par surcharge d'une autre encre.

382. s final gratté.

383. quia corr. en quando par grattage, surcharge et lettres suscrites.

384. rugient corr. en rugiunt par v suscrit sur le e.

385. permittuntur corr. en permittantur par surcharge de a et de v.

386. s ajouté en interligne.

387. aestimo corr. en estimo.

388. namque ajouté d'une plume plus fine en interligne.

iusti huius bestię spelunca non est. Quos enim [fol. 51r° a] quasi propriam speluncam possidet, eorum mentem ³⁸⁹ sine dubio immorans tenet. Quia et prius in eis cogitationes usque ad iniqua desideria, et post iniqua desideria usque ad nequissima opera perducit. Neque enim ³⁹⁰ student reprobi suggestiones eius recta iudicia manu repellere, cuius uoluntatibus appetunt, subdita dilectione seruire. Cuiusque in eorum cordibus prauum, quod oritur, mox per studium dilectionis enutritur ³⁹¹. Et cum sibi minime resistitur ³⁹², protinus ex consensu roboratur ³⁹³. Statimque consensus ad opus deicitur. Opus uero etiam consuetudine ³⁹⁴ grauatur. Recte enim in antro suo morari haec bestia dicitur, que tamdiu cogitationes reproborum tenet, quousque eorum uitam

[51r°] **Illustration : Les 4 bêtes de Daniel** (Dn 7, 3-8) :

En haut à gauche : La lionne ailée : LEENA ALAS AQUILE HABENS, REGNUM BABILONIUM SIGNIFICANS NECNON ET HISMAHELITARUM.

En haut à droite : L'ours : URSUS REGNUM MEDORUM ET PERSARUM SIGNIFICAT.

En bas à gauche : Le léopard ailé à 4 têtes : PARDUS TERCIA BESTIA REGNUM ALEXANDRINUM SIGNIFICAT MACEDONUM.

En bas à droite : La bête à 10 cornes entre lesquelles une petite tête humaine : OS LOQUENS INGENTIA. QUARTA BESTIA HABEBAT DECEM CORNUA ET EGRESSUS MINIMUS QUI ERRUERAT EUULSIT ILLA ALIA CORNUA IUDDICET ANTICHRISTUM. CUM DIUISUM FUERIT ROMANORUM IMPERIUM IN DECEM REGES. TUNC NATUS ANTICHRISTUS OMNIS OCCIDENS SED SIBI UINDICABIT IMPERIUM.].

[fol. 51v°] **Illustration : La statue d'or de Nabuchodonosor** (Dn 2, 31) :

À gauche : La statue ; entre ses pieds, la pierre : LAPIS ABSCISSUS DE MONTE PERCUTIT STATUAM IN PEDIBUS.

À droite en haut : La montagne d'où s'est détachée la pierre visible au centre : EUULSIO LAPIDIS.

À droite en bas : La nouvelle montagne née de la pierre : LAPIS QUI PERCUSSIT STATUAM FACTUS EST MONS MAGNUS ET IMPLEUIT UNIVERSAM TERRAM.]

[fol. 52r°] **Illustration : Arbres où perchent des colombes** :

6 grands arbres sur lesquels sont perchées les colombes et 4 plus petits sont disposés sur deux registres.

[fol. 52v°] **Illustration : La Femme sur la Bête** [Ap 17, 3b-13) :

Sous une arcade polygonale : La Femme tenant un calice dans la main droite est assise en amazone sur la Bête : MULIER SUPER BESTIAM.

[fol. 53r° a] aetiam aculeo prauis opere perforet. **DE PVTEO.**

389. mens corr. en mentem.

390. enim ajouté d'une plume plus fine en interligne.

391. Dans la marge : Tu et quomodo diabolus seducet homines.

392. Un premier s gratté après re.

393. n gratté avant tur.

394. m final gratté.

Puteus³⁹⁵ profundum terrae est, ubi sol radios nunquam mitat, quia per profunditatem lumen diei accipere non potest. Ipse puteus, ipse antrum, ipse spelunca, ipse cauerne terrę, hoc totum unum est, quod sunt homines in tenebris istius saeculi ambulantes, ubi sol iusticie Christus lumen non fundit, quia in profundo morantes, id est terrena lucra sectantes, lumen eis iusticie absconditur.

DE IPSO PVTEO.

Hoc³⁹⁶ supra exposuimus quod antrum dicitur.

In hoc puteo absconsus jacet diabolus et de hoc puteo exierunt locustę, id est demones, et hic puteus, et locustę unum sunt, quia homines mali ascensorem diabolum habent. Sic per prophetam dicitur: Residuum eruceę comedit locusta³⁹⁷, et residuum locustę comedit brucus, et residuum bruci comedit rubigo. Quid per erucam, que toto corpore terram repit, nisi luxuria designatur que³⁹⁸ corpus tenet, ita polluet, ut in superiori mundicie amorem surgere non possit. Quid per locustam qui saltibus uolat, nisi inanis gloria exprimitur, que se uanis p̄sumptionibus exaltat? Quid per brucum, cuius pene totum corpus in uentre colligitur, nisi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, que dum tangit, incendit, nisi ira innuitur? **DE MULIERE SUPER BESTIA.**

Mulier³⁹⁵ super bestia est: corruptela et opera nequitię et uoluntates, fornicatio et immunditia et auaritia, zelus et detractio, inuidia, uana gloria, superbia, ingluuies³⁹⁹ uentris. †⁴⁰⁰ qui de prosperitate mundi lętantur, qui caritatem non habent. †⁴⁰⁰

Talia uero sectantes, sunt filii bestie huius, hii sunt.

[fol. 53r° b] Qui pauperibus bene non faciunt⁴⁰¹, qui seruos Dei iniuriis et contumeliis afficiunt⁴⁰², qui propria non tribuunt⁴⁰³, sed hic⁴⁰⁴ aliena rapiunt⁴⁰⁵.

Qui ad Ecclesiam non concurrunt⁴⁰⁶, qui falsum testimonium dicunt⁴⁰⁷, qui malum pro malo reddunt⁴⁰⁸, qui morte inimici gratulantur⁴⁰⁹. Qui auguria uel incantationes et caracteres quod signum Salomonis rustici dicunt, uel alias⁴¹⁰ huiusmodi characteras⁴¹¹ quos⁴¹² solent scribere, et ad collum⁴¹³ suspendere, et

395. Initiale rehaussée de couleurs, en partie rentrante sur deux lignes.

396. Initiale rehaussée de couleurs, en partie rentrante sur une ligne.

397. e final corr. en a.

398. qui corr. en que.

399. a final corr. en es.

400. Croix cantonnée de 4 points en interligne.

401. t ajouté dans l'interligne.

402. afficit corr. en afficiunt par addition interlinéaire de un.

403. tribuit corr. en tribuunt par grattage et addition interlinéaire de un.

404. huc corr. en hic par grattage.

405. rapit corr. en rapiunt par grattage et addition interlinéaire de un.

406. concurrat corr. en concurrunt par grattage et addition interlinéaire de un..

407. dicit corr. en dicunt par grattage et addition interlinéaire de un..

408. reddit corr. en reddunt par grattage et addition interlinéaire de un.

409. gratulatur corr. en gratulantur par addition d'un tilde.

410. alia corr. en alias, par ajout de s en interligne.

411. s ajouté en interligne.

412. quas corr. en quos par ajout interlinéaire sans suppression du a.

413. collo corr. en collum par surcharge sans suppression du o.

erbas cum simbolo uel oratione dominica, uel cum incantationibus ⁴¹⁴ colligere, et mulierculas ad telas araneas uel pedes obseruare, huc etiam pro animalibus ⁴¹⁵ domandis ⁴¹⁶, siue pueros ad disciplinam, siue arbores uel uineas plantare, siue pro alico opere faciendo, siue de loco in locum ⁴¹⁷ mutando, siue itinera ⁴¹⁸ progrediendo, siue die secunde ferie aliquid ⁴¹⁹ obseruant, ne aliquid in eo die de domo eiciant neque ignem neque bucellam. Haec omnia et horum similia a diabolo sunt ⁴²⁰ inuenta ab infidelibus ⁴²¹ et paganis ⁴²² instituta. Qui hęc quę supradiximus, et huius similia obseruauerit, non est Eclesię filius sed diaboli, cuius ⁴²³ opera est imitatus. Hęc sunt opera effeminata, id est mulier sedens super aquas, Hęc est mulier corruptelę que sedet super bestiam, id est iniquitatis ⁴²⁴ opera sedens ⁴²⁵ super aquas, id est populos. Sicut scriptum est : *Mulierem, inquit, quam uidisti, quę* ⁴²⁶ *sedet super aquas multas, Aquas populi sunt et nationes* [Ap 17,19,15]. Hic doctrina de damnabile officina paganorum remansit. Hęc non recipit patrum dogma, nec sanctę matris Ecclesię. Solent et aliqui religiosi sub ⁴²⁷ [fol. 53v^oa] nomine sanctitatis libros inspicere, et sermones pro qua causa agitur inuestigare, et hoc sortes sanctorum dicere. Hęc et his similia ab hęreticis et paganis inuenta, quicquid ⁴²⁸ in librorum numero ⁴²⁹ Ueteris et Noui Testamenti non reperitur, cuncta praedamnat ⁴³⁰, sancta doctrina, et foras proicit sancta mater Ecclesia. Et cui parum, cui multum de hoc idolatrie poculo dat, aureum ⁴³¹ est, quod christiani dicuntur, sed ab istis operibus quę in sinagoga perstringuntur, a Christo et Ecclesia diuiduntur. Quia sicut Ecclesia Christum, ita et isti diabolum habent caput.

Et sicut Ecclesia cum Christo unum efficitur membrum, ita et isti cum diabolo unum habent corpus coniunctum. Ceterum ⁴³² Ecclesia, catholica tenet ⁴³³ unam fidem, unum bapisma, unum Dominum colit Christum. hOs ⁴³⁴ tolerat mater Ecclesia, hos in hoc mundo effugere non uolet, nisi cum in diem iudicii tritura

414. es final corr. en ibus.

415. a final corr. en bus.

416. a final corr. en is.

417. loco corr. en locum par surcharge.

418. itinera ajouté en interligne.

419. Le second i suscrit.

420. est corr. en sunt.

421. ab infidelibus ajouté en interligne.

422. paganorum corr. en paganis ; après paganorum, hominum a été gratté.

423. quorum corr. en cuius.

424. Le troisième i suscrit.

425. s ajouté en interligne.

426. qui corr. en quę.

427. Les quatre dernières lignes de la colonne, très effacées, sont en partie restituées d'après Sanders..

428. Le second i suscrit.

429. id est gratté après numero.

430. praedamnauit corr. en damnat.

431. us final corr. en um.

432. Et cum corr. en Ceterum, avec rum ajouté en interligne.

433. tenet écrit en interligne.

434. O rehaussé de jaune, mais précédé d'un h ajouté en interligne.

fuerit areae, donec triticum recondatur in orreo, palee ⁴³⁵ autem comburentur ⁴³⁶ igni inextinguibili.

QUALITER IN UNVM COLLECTA EST ECCLESIA ET SINAGOGA ⁴³⁷.

Ecclēsia ⁴³⁸ et Sinagoga unum nomen est, quia quod nos dicimus Ecclesiam, hoc Iudei dicunt Sinagogam. Sed tamen ab apostolis diriuata sunt hec uocabula, cum sinagogam dicerent congregationem, Ecclesiam dixerunt ⁴³⁹ aduocationem. Et ⁴⁴⁰ una congregat, alia aduocat, eo quod Ecclesia omnes ad se uocat, siue bonos siue malos. Proinde in scripturis sanctis multis nominibus appellatur. [fol. 53v° b] Aliquando dicitur fornicaria et meretrix, aliquando dicitur uirgo, aliquando dicitur soror. Aliquando dicitur sponsa, aliquando dicitur uxor, aliquando dicitur mater, aliquando dicitur filia, aliquando dicitur regina, aliquando dicitur concubina, aliquando adolescentula, aliquando proxima, aliquando amica.

Quid enim interpretatur fornicaria, nisi quod omnibus subiecta est, omnibus ad se uenientibus, fidem nullis ⁴⁴¹ denegat. Omnibus ad se uenientibus prostrata iacet; unde et Raab meretrix, Ecclesie figura ⁴⁴² fuit, quae coccum et spartum in fenestra suspendit, ut cum Ihesus filius nauę ueniret, uiso signo cocci, Raab et qui in domo eius erant, saluarentur. Ita Ihesus Christus, filius Dei, martires et penitentes, per coccum et spartum cum uenerit mundum istum igne cremare, Ecclesiam et omnes ⁴⁴³ qui in ea erunt, saluabit. Virgo est, quia uirgines ⁴⁴⁴ corpore et spiritu colligit. Sicut scriptum est: Adducentur regi uirgines. Soror est, sicut in Cantico legimus de Ecclesia, que ex gentibus futura erat, que ⁴⁴⁵ Testamenta necdum haberet. Soror, inquit, nostra adulescentula, et ubera non sunt ei. Sponsa dicitur eo quod Christus eam sibi anulo fidei subarrauit, sicut ipse in Euangelio dicit: Surrexerunt omnes uirgines, et ornauerunt lampades suas et exierunt obuam sponso et sponse. Vxor dicitur, quia de ea sibi Christus per praedicatorum filios generat.

Sicut scriptum est: Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuę; filii tui sicut nouella oliuarum in circuitu mense tuę.

Mater dicitur, quia perfecta est, sicut scriptum [fol. 54r° a] est: Vna et perfecta est genitrix ⁴⁴⁶, et cotidie filios lactat per duo ubera Testamentorum, sicut dicit: Duo ubera tua, sicut duo inuli gemelli, qui pascuntur inter lilia. Duos istos inulos lactat, id est duos populos, de circumcisione et preputio uenientes. Filia dicitur, quia patrem proprium recognoscens, sicut scriptum est: Audi filia et uide, et inclina aurem tuam, et obliuiscere populum tuum et domum patris tui, id est

435. paleas corr. en palee.

436. n ajouté en interligne.

437. Petites capitales rouges rehaussées de bleu.

438. Initiale inscrite dans une réserve sur deux lignes.

439. x ajouté en interligne.

440. Les cinq dernières lignes de la colonne, très effacées et difficiles à lire, sont en partie restituées d'après Sanders.

441. nulli corr. en nullis.

442. e final corr. en a.

443. omnes ajouté en interligne.

444. em final corr. en es.

445. quod corr. en que.

446. genitrici suae corr. en genitrix.

diaboli, et concupiscet ⁴⁴⁷ rex decorem tuum, quia ipse est Dominus Deus tuus, et adora eum. Hucusque per prophetæ linguam quam calamo scribenti uelociter comparatur. Locutus est Spiritus Sanctus. Ipsum regem et bellatorem et Deum sponsumque appellans, et in persona Patris inducitur, loquentis ad sponsam filii sui, et coortantis eam ut ueteri gentilitatis et idolatrię errore contempto primum his quę dicuntur attendat, et propterea non alienigena filia nominetur. Deinde uideat uel ipsa quę dicuntur per uniuersam condicionem, et ex uisibilibus intelligens inuisibilia, et ex creaturis sentiens creatorem, et diligenter inclinet aurem suam, et quę dicuntur, memoriter teneat. Cumque audierit, uiderit, et inclinauerit aurem suam totamque ⁴⁴⁸ se doctrinæ ⁴⁴⁹ tradiderit, et eorum intelligentiæ ⁴⁵⁰, quę dicuntur, obliuiscatur primum populum suum, et cum Abraham ⁴⁵¹ de Caldea egrediens, relinquat terram natiuitatis et cognationis suę. Nemo dubitat patrem nostrum antequam adobtaremur ⁴⁵² Deo, fuisse diabolum; de quo [fol. 54r° b] Saluator ait: Vos de diabolo patre estis et ait: ergo antiqui patris fueris oblita, et talem te exhibueris, depositis pristinis sordibus, ut super fratrualem Christum dealbata conscendas, ----- ⁴⁵³ tunc concupiscet ⁴⁵⁴ rex decorem tuum, quod Aecclesia ex gentibus congregatam, in una sponsa exposuimus, unusquisque ad seipsum referat. Anima quę recte credit quę prioribus uitiiis derelinquitur, statim Deo adobtatur in filia. Et si per hec adobtanda est, inclinet aurem suam obliuiscatur ueteris conuersationis, et cum Apostolo dimittat mortuum patrem, et talem se praebeat, ut ametur a rege. Ipse enim est Dominus eius ad quem ⁴⁵⁵ flectere debet genu, et deposita superbia iugum humilitatis adsumere. Regina est, quia regem habet sponsum, sicut scriptum est: Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circumamicta uariętate, quam ⁴⁵⁶ filię regum expectauerunt in honore tuo. Filiae regum sunt, quę sponso parant ⁴⁵⁷ amplexus, cuius thronus est in saeculum saeculi. Hęc sunt quę per mirram et guttam et cassiam, a uestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus te delectauerunt filię regum, in honore tuo. Per mirram, qui corpora sua mortificant ⁴⁵⁸, quia mirra mortuorum corpora condiuntur. Per cassiam, quia Christi bonus odor sunt, et sponsus Christus loquitur ad sponsam Aecclesiam. Mirra et aloę, cum omnibus [fol. 54v° a] unguentis primis. Et illa respondit: Manus meae distillauerunt mirram, digiti mei guttam. Stacten uero, flores sunt mirre, et hoc stacten dicitur gutta uel stilla. Quod autem sequitur cassia, ipsa est quę ab aliis fistula nuncupatur. Que intelliguntur ⁴⁵⁹ laus ⁴⁶⁰ Dei que omnis

447. it final corr. en et.

448. totumque corr. en totamque.

449. am final corr. en æ.

450. a final corr. en æ.

451. h ajouté en interligne.

452. a gratté devant Deo.

453. Tirets sur une ligne. On ne peut lire les lettres effacées, qui semblent pouvoir être restituées d'après Sanders: et quam possit diligere filius meus.

454. it final corr. en et par surcharge.

455. m final ajouté en interligne.

456. quę corr en quam.

457. ur final gratté.

458. n ajouté en interligne.

459. que in ajouté en interligne.

460. laudes corr. en laus.

pituitas, reumata uoluptatum, suo calore⁴⁶¹ excoquens. Quod⁴⁶² uero super petram Christi stabili iam radice⁴⁶³ fundata est catholica Aecclesia, in una columba perfecta et proxima stat a dextris, et nichil in se sinistrum habet. Stat in uestibus deauratis, id est⁴⁶⁴ sermonibus scripturarum, ad sensum intelligentiae transiens, et cunctis⁴⁶⁵ plena uirtutibus, in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Est enim regina regnatque cum rege, cuius filias possumus intelligere,⁴⁶⁶ in commune credentium animas, et proprię uirginum choros⁴⁶⁷ adorantium⁴⁶⁸ sponsum⁴⁶⁹ filię Tiri in muneribus, id est filię fortissimi, aut certe ipsa sit fortissima, quia imitata⁴⁷⁰ est fortem, cuius uultum in diuersis muneribus, deprecabuntur diuites plebis. Diuites dicit, siue huius mundi, siue sapientes scripturarum. Vxorem quoque et concubinam intelligamus⁴⁷¹ de Cantico Salomonis, quę sine sponso suo uel marito non potest. Proxima autem et amica dicitur, quę⁴⁷² semper amicitiae fędere, id est fide et opere, in⁴⁷³ contemplationis arce⁴⁷⁴, quantum [54v° b] plus desiderat, tantum plus proxima est. Haec quę multis uocabulis diximus, una esse non dubitatur. Certe dicitur, uirgines sequentur eam, ducentur in leticia et exultatione, ingredientur talamum regis multam esse instantiam animarum in Christo credentium demonstrat Cantica Canticorum, in quo scriptum est : Sexaginta sunt regine, et octuaginta concubinę, et adulescentulae, quarum⁴⁷⁵ non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, de qua dicitur : Uiderunt eam filiae Syon⁴⁷⁶ et beatificant eam reginę et concubinę, et laudant eam. Quae ergo perfecta est et sancta corpore et spiritu, et columba et proxima meretur uocari. Hęc est⁴⁷⁷ filia, de qua supradictum est : Adstitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato. Quę autem supergressae sunt, diem finis mundi⁴⁷⁸ et futura regna suspirant, reginę appellantur. Si⁴⁷⁹ uero circumcisionem quidem habet octaua die, sed adhuc non uenit ad nubtias, sed⁴⁸⁰ concubina uocatur. Diuersa autem multitudo credentium que necdum potest sponsi amplexibus copulari, nec Deo filios parere, adulescentula dicitur. Ego puto de istius modi uirginibus, quę secuntur

461. colore *corr. en* calore.

462. quę *corr en* quod.

463. m *final gratté.*

464. de *gratté après* id est.

465. cuncta *corr en* cunctis.

466. et *gratté devant* in.

467. h *ajouté en interligne.*

468. u *final ajouté avec tilde .*

469. sponso *corr en* sponsum *par u* suscrit.

470. immitata *corr en* imitata *par grattage.*

471. e *corr en i* *par surcharge.*

472. qui *corr en* que.

473. et *gratté en début de ligne avant* in.

474. arche *corr par grattage de l'h.*

475. quorum *corr en* quarum.

476. Syon *ajouté en interligne.*

477. est *ajouté en interligne.*

478. finis *ajouté de la même main en marge, avec renvoi dns le texte.*

479. qua *gratté après* si.

480. haec *corr en* sed.

Ēcclesiam, et in primo ponuntur gradu, has ⁴⁸¹ esse, et omnes quę uirginitate corporis et animi perseuerant. Proximas autem et amicas uiduas esse, et in matrimonio continentes, quę omnes cum læticia et exultatione ducuntur in templum, et in thalamum ⁴⁸² regis. In templum, quasi [fol. 55r^o a] sacerdotes Dei. In thalamum ⁴⁸², quasi sponse regis et sponsi. Hoc templum in finem istius libri melius explanabimus, si Dominus dederit comeatum. Nunc quod cepimus, explanemus; hos supra diximus multa membra sed unum corpus. Vnam uitam sanctorum omnium, sed secundum laborem diuersa sunt merita premiorum. HOs ⁴⁸³ Aecclesia filios ⁴⁸⁴, quos genuit ⁴⁸⁵, uersi sunt ⁴⁸⁶ aliqui ⁴⁸⁷ in patres patrum ⁴⁸⁸, cum de discipulis fecit Dominus ⁴⁸⁹ magistros eorum ⁴⁹⁰, et in sacerdotali gradu, collocauit eos ut Dauid ⁴⁹¹. Nati sunt tibi filii, constitues ⁴⁹² eos principes super omnem terram. Id est sacerdotes per uniuersum mundum. Memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Id est omnes ⁴⁹³ omnino christiani ⁴⁹⁴, qui in Ēcclesia fuerint, confitebuntur et laudabunt Dominum in ęternum, et in saeculum saeculi. Ii ⁴⁹⁵ semel arepta bella non deserat et super hostium strages uictor incedens, preparans ⁴⁹⁶ sibi regnum in his, quos a ⁴⁹⁷ diaboli eripiens potestate suo copulauit imperio, dicens ⁴⁹⁸: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion, montem sanctum eius. Nullique dubium, ueritatem et modestiam et iusticiam Christum appellari, qui dicit: Ego sum uia, ueritas et uita. Et discite a me quia mitis sum et humilis. Et qui factus nobis est a Deo, iusticia et redemptio et sanctitas. Hęc autem uniuersa dicuntur in corpore, ut exigantur in membris. Victoria Domini, seruorum triumphus est. Magistri ęruditio, discipulorum perfectio. Queritur autem quomodo pulchrior sit cunctis filiis hominum, de quo legimus in Ēsaia: Vidimus eum, et non habebat spetiem neque decorem, sed erat speties eius inhonorata, [fol. 55r^o b] et defitiens a filiis hominum. Homo plaga positus ⁴⁹⁹ et sciens ferre infirmitates, qui auertit fatiem suam. Ne statim scriptura dissonare uideatur, quia ibi ignobilitas corporis per flagella et sputa, commemoratur et per ⁵⁰⁰ alapas et clauos et iniurias patibuli;

481. haec corr en has.

482. h ajouté en interligne.

483. O corr en hOs par add. de h en interligne et de s final.

484. filii corr en filios.

485. genuisti corr en genuit.

486. uertentur corr en uersi sunt.

487. aliqui ajouté en interligne de la même main.

488. trum ajouté en interligne.

489. fecisti eos corr en fecit Dominus.

490. eorum ajouté en interligne.

491. omnium testimonium collocaueris corr en collocauit eos ut Dauid.

492. n gratté devant le s final.

493. i gratté devant s, tilde ajouté d'une encre plus noire.

494. tas final gratté.

495. ut maladroitement corr. en Ii avec le second i en interligne.

496. prepararet corr en preparans.

497. a ajouté en interligne.

498. et dicit corr en dicens.

499. est gratté après positus.

500. per en interligne.

hic pulcritudo uirtutum in sacro et uenerando corpore ; non quod humanitas ⁵⁰¹ Christi hominibus comparata formosior sit. Haec enim non habet comparisonem, sed absque patibulo ⁵⁰² crucis, uniuersis pulcrior est. Virgo de uirgine, qui non ex uoluptate ⁵⁰³ uiri sed ex Deo natus est. Nisi enim habuisset ⁵⁰⁴ in uultu quoddam ⁵⁰⁵ signum sidereum, numquam eum statim secuti fuissent apostoli, nec qui eum ad comprehendendum uenerunt, corruissent. Denique, et in presenti testimonio, in quo ait : homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem reddit causas quare ista perpessus sit, quia auertit fatiem suam, id est paululum diuinitate subtracta corpus iniuriae dereliquit. Quidam hunc uersiculum cum superioribus ⁵⁰⁶ copulauit, ut spetiosus forma præ filiis hominum, non ad Christum sed ad calamum referatur. Diffusa est gratia in labiis tuis Intelligere possumus quod sensum dictum sit : effusa est ⁵⁰⁷ gratia in labiis tuis, id est, omnis gratiae multitudo, in labiis Saluatoris effusa est, qui in breui tempore totum impleuit orbem, tamquam sponsus processit, de thalamo ⁵⁰⁸ suo. As ⁵⁰⁹ summo cęlo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius. Nam et sancta Maria quia conceperat Eum in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat [fol. 55v° a] corporaliter, plena gratia salutatur. Et nota omnia quę dicuntur intellegentia ad personam eius referas, qui adsumptus ex Maria est, quod per gratiam labiorum in ęternum benedictus esse dicatur. Cui per prophetam dictum est : Sedes tua Deus in seculum saeculi ; uirga ęquitatis, uirga regni tui ; dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem ; propterea unxit te Deus Deus tuus, oleo læticiae, præ consortibus tuis. Quod nos sedem dicimus, hoc ⁵¹⁰ Ebrei thronum appellant. Quod bis Deus Deus dicit, unxit te has ⁵¹¹ personas eius qui unctus est Dei et qui unxit, intellige. Quod quidem et Marię angelus nuntiat, dabit enim Dominus Deus thronum Daud patris sui, et regnabit super domum Iacob in saecula, et regni eius non erit finis. Nec putemus hoc illi esse contrarium, quod Apostolus scribens ad Corinthios ait :

Filio ⁵¹² traditurum regnum et subiciendum ei qui sibi subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Non enim dixit tradet Patri, ut uideretur Filium separari, sed tradet Deo ; hoc est habitanti in adsumptione corporis Deo, ut sit omnia in omnibus. Et Christus qui ante per paucas uirtutes erat in singulis, propter omnibus commorirætur ⁵¹³. Virga ęquitatis, uirga regni tui. Virga et sceptrum signa ⁵¹⁴ sunt regnantis, sicut propheta ait : Exiet uirga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet. Hominem qui est adsumptus intellige, cui et deferatur

501. diuinitas *corr en* umanitas ; h *suscrit*.

502. passionibus *corr en* patibulo *d'une encre plus épaisse*.

503. uoluntate *corr. en* uoluptate.

504. h *ajouté en interligne*.

505. Quidam oculisque (*Sanders*) *corr en* quoddam signum *écrit d'une encre plus épaisse*.

506. ori *ajouté en interligne*.

507. est *écrit en interligne*.

508. h *ajouté en interligne*.

509. *Sic*.

510. hunc *corr en* hoc.

511. h *ajouté en interligne*.

512. filium *corr en* filio.

513. con *initial corr en* com *avec m en interligne*.

514. insigne *corr en* signa *par grattage*.

imperium, et qui propter dilectum iusticiam, et exosam iniquitatem regnare dicatur. [fol. 55v° b] Vnctus est oleo exultationis præ participibus suis, quasi præmium caritatis et odii ⁵¹⁵ unctionem sumpturus ; docemur autem in utraque parte, et amoris et odii in nobis esse semina, cum ipse qui primitias amore suo ⁵¹⁶ nostrorum corporum, leuauit ⁵¹⁷ ad caelos et iusticiam dilexerit et oderit iniquitatem. Vnde Daud : Nonne odientes te Domine oderam, et super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos. Particeps autem apostolos credentesque significat ⁵¹⁸, quibus unctionis suę uocabulum tribuit, ut ab uncto uocentur iuncti, id est christiani. Ecce caput unctum ⁵¹⁹ cum membris ⁵²⁰ quod est Christus et apostolica Aecclesia in quem credimus et quem semper cum omnibus christianis communiter una uoce in simbolo dicimus. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem et in Ihesum Christum filium eius, qui propter nostram salutem incarnatus est de Maria uirgine. Passus, mortuus et sepultus est, et resurrexit tercia die a mortuis, uiuus. Ascendit in cęlos, sedet ad dexteram Patris et regni eius non erit finis. Venturus est ad iudicium iudicare uiuos et mortuos. Credimus et in Spiritum Sanctum, ex Patre et Filio procedentem, et sanctam Aecclesiam catholicam et apostolicam, et speramus nos per eam habere remissionem peccatorum ⁵²¹, per Trinitatis una babtisma. Credimus et in hac ⁵²² carne, in ⁵²³ qua sumus, resurrecturos nos in diem iudicii, cum uenerit Christus iudicare uiuos et mortuos, et reddere iustis præmium ⁵²⁴ impiis aeternę pęne supplicia ; hæc fides [fol. 56r° a] apostolica quam ⁵²⁵ in toto mundo tenet Eccclesia a solo Christo et a ⁵²⁶ duodecim ore ⁵²⁷ apostolorum numero illuminata ⁵²⁸ ; quia Aecclesia pro puritate fidei suae, lux et dies est appellata, ut psalmista ait : Haec est dies, quam ⁵²⁹ fecit Dominus, exultemus et letemur in ea. Sinagoga autem pro ignorantia sui erroris, nox et tenebrę est nuncupata, sicut scriptum est : Dies diei eructuat uerbum, et nox nocti indicat scientiam. Dies diei sunt ⁵³⁰ apostoli credentes prædicant es[se] ⁵³¹ saluatorem. Nox nocti indicat scientiam, id est Iudas Iudęis, quem Christus habuit proditorem. Ecce in una congregatione dicimus ⁵³² diem esse et noctem, et hoc quod ⁵³³ factum fuit, non sine ratione factum esse credamus. Certe, de Domino omnia quę in Eũangelio scripta sunt,

515. in gratté après odii.

516. ore suo écrit dans la marge pour remplacer peut-être amasse (Sanders).

517. leuabit corr. en leuauit.

518. n gratté devant le t final.

519. i gratté au début du mot.

520. membra corr. en membris.

521. Les cinq dernières lignes de la colonne d'une encre plus claire.

522. hanc corr. en hac par grattage.

523. in ajouté en interligne.

524. a final corr. en um.

525. quem corr. en quam.

526. ad corr. en a par grattage.

527. horarum corr. en ore.

528. in initial corr. en il.

529. quem corr. en quam par surcharge.

530. id est corr. en sunt.

531. es ajouté en interligne.

532. dicimus ajouté dans la marge d'une autre main.

533. quę corr. en quod.

secundum aeuangelistam uno anno dicitur esse completa. Et, si solum hoc fuit ut Christus pateretur et alii eum traderent, quid nobis prodesset⁵³⁴, scriberetur in Aeuangelio, et legeretur in Aecclesia, si forma futuri non esset, et exinde exempla et auctoritates⁵³⁵ in posterum non fieret, non solum tunc erant farisei, de quibus dicebat discipulis : quod dicunt uobis facite, quod fatiunt ne faciatis. Numquid solum tunc erat sinagoga de qua dixerat per prophetam, quę in apostolis erat completum ubi ait : Dimisi matrem uestram et dedi ei libellum repudii ; si hoc⁵³⁶ credendum est ut tunc fuisset solum et hodię non est quid ergo legitur per prophetiam aut apostolus aut ęuangelium in ęclesia ? Aut si solum legere est et non facere. Quid ergo dixit in ęuangelio Dominus ? Amen dico uobis, donec transeat cęlum et terra, iota unum aut unus apex non praeteribit [fol. 56r° b] a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit et docuerit, hic magnus uocabitur in regno cęlorum. Dico autem uobis, quia nisi habundauerit⁵³⁷ iusticia uestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Et quia supra dixerat, non ueni legem soluere, sed adimplere. Ecce quę docuit et fecit, et non solum uerbis, sed exemplis ostendit, dum discipulorum pedes lauit⁵³⁸ et cętera. Et si ille non soluit neque discipulis soluendum mandauit, uides quia et pharisei aliqua iusticię opera, licet non mente sed corpore ostendebant, cum diceret : nisi abundauerit iusticia uestra. Ego puto illorum opera, sapientiam litterarum esse. Aliud tamen quod sanctum ostendebant, non propter aliud nisi ut ab hominibus uiderentur, quorum⁵³⁹ decimus manducabant, sicut Dominus ait : Exterminant faties suas ieiunando ut uideantur ab hominibus. Pharisei proprio uocabulo diuisi dicuntur, eo quod Saduceis⁵⁴⁰ intra se contrarii sint ; hii sunt scribe. Diuisi dicuntur pharisei, eo quod traditionum obseruationes⁵⁴¹ que sunt⁵⁴² de testamento⁵⁴³ legis,⁵⁴⁴ preferunt, unde et diuisi uocantur a populo, quasi per iusticiam. Saducei⁵⁴⁵ interpretantur iusti, uendicant⁵⁴⁶ enim sibi quod non sunt. Ecce possumus nunc⁵⁴⁷ per hoc ęuangelium quo a Christo habemus traditum, hos⁵⁴⁸ phariseos [fol. 56v° a] in ęclesia conprobare. Hii sunt sacerdotes, qui desiderant primas cathedras, ut uocentur ab hominibus magistri, qui pro aliqua re⁵⁴⁹ non laborant, sed ut ab hominibus honorentur, et non ut animas lucrentur, sed cupidinem suam expleant. Est sinagoga in Aecclesia, quod si non est, nequaquam saluator

534. proderat corr. en prodesset par grattage, surcharge et lettres suscrites.

535. te ajouté en interligne.

536. hæc corr. en hoc.

537. h ajouté en interligne.

538. lauauit corr. en lauit par grattage.

539. quos corr. en quorum.

540. Saduceos corr. par surcharge du i sur le o.

541. obser séparé de ce qui suit par un trou dans le parchemin ; num final corr. en nes.

542. quod illi (Sanders), maladroitement corr. en que sunt.

543. testamen séparé de la fin du mot par le même trou dans le parchemin.

544. iustitiam gratté après legis.

545. Un premier d gratté.

546. uindicant corr. en uendicant.

547. aecclesia gratté entre nunc et per hoc.

548. h ajouté en interligne.

549. aliud corr. en aliqua re par grattage et ajouts en interligne.

moneret nos et diceret. Tradent uos in conciliis et in sinagogis suis flagellabunt uos. Ecce Aecclesia in uno loco esse cum sinagoga, et inter se in opere diuisæ. Et quia Aecclesia pro fide et operæ⁵⁵⁰ firmauimus diem, et sinagogam pro ignorantia erroris firmauimus noctem. Sol in die est et opus bonum in manifestatione. Sicut scriptum est : Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Quia uero ignorantie⁵⁵¹ tenebre⁵⁵¹ sunt⁵⁵², in principio operum dictum est, et tenebrae erant super fatiem abissi. Abyssum iam probauimus puteum esse obscurum, id est homines ignorantes. Super fatiem ergo abissi tenebrę erant, id est peccati cęcitas, et ignorantiae obscuritas. Factum est uespere⁵⁵³ et mane unus dies. Vides uespere⁵⁵⁴ cum dię iungere, sed unus inluminat et unus obscurat. Vnus preparat iter et unus quietudinem ; aut si iter agitur, uisum oculis nullum prebet⁵⁵⁵. Et quid est nox nisi absentia solis ? Et quid est dies, nisi presentia solis ? Qui dies et nox uiginti quattuor [fol. 56v° b] horarum dicitur esse, usque dum dies et nox spatia sui cursus ab oriente, usque ad⁵⁵⁶ alium orientem⁵⁵⁷ solem cęli uolubilitate⁵⁵⁸ concludat. Abusiue autem, dies unus est spatium ab oriente sole usque ad occidentem. Ecce unus dies dicitur, sed per lucem et tenebras diriuatur. Recte ergo Aecclesia et Sinagoga, quasi uno loco laborare uidentur et in una fide esse dicuntur, sed in operæ⁵⁵⁹ manifestantur. Quia sicut praesentia solis dies et absentia solis tenebrę, ita Christus suis lumen est, sicut diabolus suis tenebre⁵⁶⁰, qui est auctor mortis. Bene ergo appellauit Scriptura homines sanctos dies et homines peccatores tenebras. Et non solum de peccatis dicimus obscuritatem, sed aetiam qui scripturas sanctas non intelligit et aliter docet quam sunt, et ipse in tenebris est, sicut scriptum est : tenebrosa aqua in nubibus aeris ; quia obscura est scientia in prophetis. Hic dies et nox unus nominatur dies, de oriente sole usque ad alium orientem. Quia et uno uiginti quattuor horarum spatio terminatur. Et cui lumen deest quando nox sit uel dies minime cernitur. Ita est Aecclesia et sinagoga. In unum quasi uidentur laborare, et ab ignorantibus quid sit lumen Aecclesiae non potest prospicere, et tam a⁵⁶¹ sacerdotibus⁵⁶² quam a⁵⁶³ cęteris⁵⁶⁴ populis⁵⁶⁴ communem doctrinam uidentur habere. Vna nos communiter mater Aecclesia tolerat, quos benigna piętas pacienter ad pęnitentiam expectat, et per eam et in ea remissionem peccatorum gratuite condonat. Et quis stet aut cadat solus ipse considerat, et sacerdotes nequissimi, [fol. 57r° a] pro quid aut quare plebibus constituta sunt, solus ipse pensat ; et quamquam Eecclesia zelum habeat ;

550. opera corr. en operæ par surcharge.

551. a final corr. en e.

552. est corr. en sunt.

553. Le début du mot est séparé de la fin par un trou dans le parchemin.

554. m final gratté.

555. ur gratté à la fin du mot.

556. ad ajouté en interligne.

557. orientalem corr. en orientem.

558. bi ajouté en interligne sans doute de la même main.

559. a final corr. en æ.

560. a final corr. en e.

561. a ajouté en interligne.

562. es final corr. en ibus.

563. a écrit à l'emplacement de lettres grattées.

564. us final corr. en is.

sed tamen semper malitiam superat. Sed que iudicare non preualet, iuditio diuino reseruat, et pauens simul et esitans⁵⁶⁵, una uoce simul cum Apostolo clamat: O altitudo diuitiarum sapientię et intelligentię⁵⁶⁶ Dei, quam inconprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae⁵⁶⁷ eius. Ob hoc ergo una Aecclesia nuncupatur, et quid de ea sentiendum sit, quia iste scrupulos multos titillat, absculata et ut aliquid tibi de scripturis sanctis colligam, libens adesto, et te totum ad audiendum prepara, et non tantum alte quantum et humiliter tracta. Archa Noe, tipus Aecclesię fuit, dicente apostolo Petro: In archa Noe pauci, id est octo animę saluę factę sunt per aquam; quod et uos nunc similiter baphtisma saluos faciet. Et ut in illa omnium generum animalia, ita in hac Aecclesia, uniuersarum gentium et morum⁵⁶⁸ homines sunt. Vt ibi pardus et hędi⁵⁶⁹, lupus et agni, ita et hic iusti et peccatores, id est uasa aurea et argentea, cum igni⁵⁶⁹ et fictilibus morantur. Et habuit archa nidos suos, habet Aecclesia plurimas mansiones. Octo animę hominum in archa seruataę sunt. Et nos Ecclesiastes iubet dare partem septem, dare partem octo, id est credere utrique testamento.

Ideo et quidam psalmi pro octaua scribuntur, et per octonos uersos qui singulis litteris subiecti⁵⁷⁰ sunt. In centesimo octauo-[fol. 57r° b]-decimo psalmo iustus creditur. Beatitudines quoque, quas Dominus discipulis in monte pronuntians Aecclesiam designauit, octo sunt. Et Ezechiel in aedificatione templi, octonarium numerum adsumpsit, multaque alia in hunc modum scripturarum⁵⁷¹ significata reperies. Emittitur⁵⁷² itaque coruus de aqua et non rediit⁵⁷³, et postea pacem terrae, columba denuntiat. Ita uero⁵⁷⁴ et baphtismate Aecclesiae teterrima⁵⁷⁵ aue expulsa⁵⁷⁵, id est diabolo, pacem terrę nostrę columba Sancti Spiritus nuntiat. A triginta cubitis incipiens et usque ad unum cubitum paulatim decrescens, archa constituitur. Similiter et Aecclesia multis gradibus consistens, ad extremum diaconis, presbyteris, episcopisque finitur. Periclitata est archa in diluuiio, periclitatur Aecclesia in mundo. Egressus Noe, uineam plantauit et, bibens de ea, inebriatus est. Natus quoque in carne Christus Aecclesiam plantauit et passus est. Nudatum patrem inrisit maior filius, et minor texit. Et Deum crucifixum inriserunt Iudei et honorauerunt gentiles. Dies me deficiet, si omnia archę sacramenta cum Aecclesia componens edisseram. Quid sint inter nos aquilę, quid⁵⁷⁶ columbę, quid⁵⁷⁶ leones, quid⁵⁷⁶ cerui, quid⁵⁷⁶ uermiculi, quid⁵⁷⁶ serpentes, quod ad pręsens negotium pertinet, breuiter expediam. Non solum in Ecclesia morantur oues, nec mundę tantum aues uolitant, sed frumentum in agro seritur et inter nitentia culta lappeque tribulique et [fol. 57v° a] steriles

565. Lire hesitans.

566. intellegentię corr. par surcharge.

567. uię gratté en fin de ligne et repris par uiae à la ligne suivante.

568. morem corr. morum par u suscrit.

569. s final gratté.

570. subiecte corr. en subiecti par surcharge.

571. rum ajouté en interligne de la même main.

572. et mittitur corr. en emittitur par grattage du t.

573. Un i ajouté en interligne.

574. uero ajouté en interligne de la même main.

575. o final corr. en a.

576. d ajouté en interligne d'une autre main semble-t-il.

dominantur auene. Quid fatiet agricola ? euellet Iolium, sed totam partem messis euertitur. Cotidiae industria rusticana aues sonitu⁵⁷⁷ expellit. Imaginibus⁵⁷⁸ exterrit. Hinc flagello crepitat, hinc formidines tendit. Attamen aut ueloces capere, aut lasciuus⁵⁷⁹ onager incurrit. Hinc in effossa orrea mures frumenta conportant. Hinc⁵⁸⁰ multitudinem segetem formica⁵⁸¹ populatur. Ita serens⁵⁸² nemo securus agrum possidet. Dormiente patrefamilias, inimicus homo xizania superseminauit. Ad quam eradicandam cum discipuli ire preponerent, Dominus noster proibuit, sibi reseruans palearum, et frumenti separationem. Haec sunt⁵⁸³ uasa⁵⁸⁴ irae, et uasa misericordiae, que in domo Dei ab Apostolo praedicantur. Veniet ergo dies, quando tesauros Ecclesiae apostolos, proferret⁵⁸⁵ Dominus et⁵⁸⁶ uasa ire suae, quibus exeuntibus sancti dicent : Ex nobis exierunt, sed non sunt⁵⁸⁷ ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Nemo potest Christi uictoriam sibi adsumere. Nemo ante iudicii diem de hominibus iudicare. Si iam mundata est Aecclesia, quid Domino reseruamus ? Est uia que uidetur esse apud homines recta, nouissima eius ueniunt in profundum inferni. In hoc errore iudicii que potest certa esse sententia.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

577. s final gratté.

578. Imaginibus corr. par grattage d'un m.

579. i gratté entre les deux u.

580. frumenti gratté après hinc.

581. Deux lettres grattées avant formica.

582. habet gratté entre serens et nemo.

583. sunt ajouté en interligne, de la même main.

584. e final corr. en a.

585. profert corr. en proferret par ajout de r et e en interligne.

586. et ajouté en interligne.

587. fuerunt corr. en sunt.